Alienatio est omnis actus per quem transfertur dominium. C. de fundo li. Cause cum alienatione rerum ecclesie sunt due s. utiles ut pretiosioribus alienatis meliora emantur. Unde vasa non consecrata conflari possunt et vendi alteri ecclesie vel alicui pro magis utili. Vasa autem consecrata alteri ecclesie vendi debent et non alii. quia non licet quod deo consecratum est humanis usibus applicari. xii q. ii. hoc ius. xii. q. ii. aurum. Alia est causa necessitatis puta si pauperes fame moriantur. xii. q. ii. gloria et c. aurum. Item causa pietatis ut pro redemptione captivorum, pro libertate servitutis et in copia clericorum relevanda.

C m

Precarium est quod precibus petentium utendum conceditur tamdiu quamdiu patitur qui concessit. ff. de preca. ex. c. preca. Revocatur autem precarium ad voluntatem concedentis et in hoc differt a commodato quia commodatum fit ad certum usum et non potest revocari ante usum completum. ex. de commodato c. i. gloria.

C m

Commodatum est res mobilis ad utendum ad tempus alicui concessa. gratuitum non dicitur esse commodatum. Item qui debet commodata aliter utitur quam commodata sit furtum committit, ut si commodo equum ad duas leucas et commodatarius vadit ad iiii^or nisi credit dominum non consensurum. ff. de furtis. de re commodata.

C m

Emptio et venditio contractus est quo de pretio convenitur quamvis pretium non numeratum sit. inst. e. t. empto. vera emptionis est ut res sit eius qui vendidit et pretium intercedat. ff. e. t. l. ii. Item loca sacra vel religiosa et liberi homines nec emi possunt nec vendi et si quis emerit non licet exigere et si deceptus est quia ignoravit rem talem esse agere potest contra venditorem. inst. e. t. loca sacra. Item si quis iniustas mensuras et iniusta pondera promisit xxx dies de pane et aqua ieiunat. ex. e. t. ut mercede. Item si venditor deceptus est ultra dimidium iusti pretii in potestate erit emptoris seu emptore et supplere iustum vel recedere. ex. e. t. cum dilecti et c. cum causa. iusta in [illegible] esse quamvis possunt facere mercatores lucrum plurimum pretio. Hoc licet difficile sit tamen cum mercatores qui querunt negociando et laborant personis et periculis eundo ad nundinas portando et reportando merces et periculis se committat possunt moderatum lucrum recipere ad suam et sue familie sustentationem. quantum autem debeat et liceat singulis solidis et marcis ad arbitrium boni viri limitandum est ultra dimidium. Istud sic accipe exemplum res valet x. vendidisti pro quinque, patet quod tu es deceptus de [illegible] que plus sunt quam dimidia pretii iusti pretii quod est quinque et ideo es deceptus plus s. uno et hoc intelligitur de venditore qui deceptus in pretio. contra de emptore quia res valet x et emptor solvit xx potest agere ad pretium recipiendum quod plus dedit vel rescindendo toto a contractu quia deceptus est ultra dimidium iusti pretii. Solvit enim 15 que sunt plus quam dimidium iusti pretii quod est x. Si autem decipitur in v tantum non posset agere contra deceptorem quia v sunt dimidia pars de x quia dicit lex quod licitum est contrahentibus se ad invicem decipere usque ad dimidium iusti pretii. Nota quod cum dolus dat causam contractui ipso iure non valet ff. de dolo l. et eleganter Pomponius. Eodem iure si non dat causam contractui tenet quidem contractus sed agere potest ad supplementum pretii ff. et in bona. Dolus dicitur dare causam contractui quando aliquis per dolum inducit aliquem ad ineundum contractum sive emptorem sive venditorem quia aliter non contraheret nisi per dolum induceretur et sic contractus non valet. Quando autem dolus inducitur in ipso contractu scilicet quando contrahens erat aliquis emendo vel vendendo vel alio modo si dolo inducatur ad malum pretium dandum tunc quidem tenet contractus sed rescinditur vel datur doli actio si agatur contra illo contractu excepto de monachatu et de contractu matrimoniali si dolus dat causam contractui nichilominus tenet. Item queritur si liceat rem preciosius vendere quam empta sit. Respondeo quod sic quia mercatores possunt recipere moderatum lucrum de laboribus suis. Hec ibi. Item queritur si res tempore venditionis valet x et post studio emptoris meliorata valet xx x numquid rescindatur venditio. Respondeo quod sic quia tempus venditionis est spectandum ut C. e. t. l. dilecti. Item de illis qui faciunt et vendunt gladios balistas et similia quibus homines occiduntur. Respondeo si res que venduntur sunt utiles ad usum quamvis sicut arma in bello iusto et cultella ad incidendum panem tales possunt vendi sine peccato si vendantur bona conscientia. Si autem res sunt que ad nullum usum sunt utiles sed ad abusum tantum ut venena mortifera tales res sine peccato vendi non possunt. Hec Raymundus. Immo quidquid mali cum talibus perpetratur venditori imputatur. Item quid de illis qui vendunt taxillos aleas et scaccos et huiusmodi. Respondeo non est peccare vendere de huiusmodi artificiis quorum usus ut frequenter est ad malum. Idem de hiis qui faciunt ista quod non [illegible] eos esse excusabiles quia sunt ad delectationem luxurie. Hec ibi.

Ca

Nota quod tres casus in quibus locator possit seu potest repellere conductorem scilicet quando vult inhabitare domum vel quando vult eam ex necessitate reficere vel quando conductor in domo conducta male conversatur reliqua nichilominus parte pretii [illegible] quod restat ut C. e. t. l. aede et ff. e. t. [illegible] vel quando per biennium pensionem non solvit ff. e. t. l. quod. Nota quando aliquis ex pacto sub pena commissi [illegible] non est commissum sed est [illegible] ut C. de iure emphiteutico pro relatione [illegible] contra emphiteotam possit

Ca

vendere melioraciones. ~~Ar~~gumentum quod sic sed primo debet amphiteota domino nunciare dominus si vult dare quantum alius et si infra duos menses non vult emere vendat emphiteota cui voluerit.

C. vij

~~Ce~~nsus. Si aliquis locat agros ad certam pensionem si accidit sterilitas utrum pensio sit minuenda et si accidit ubertas sit augenda. ~~Ar~~gumentum si colonus est parciarius dat ad dominus lucrum et dampnum partiri. ~~Si~~ aut certos modios vel pecunia annuatim et tunc dico coloni cadit sterilitas .i. communiter acte et magnum colonus sustinet dampnum tunc pensio est minuenda nisi tunc ubertate precedentis et sequentis anni valeat sterilitas compensari secus si sustinet modicum dampni. ~~Si~~ aut sterilitas accidit vicio coloni quia forte negligens est dampnum pertinet ad colonum. ~~Sed~~ quid si post sterilitatem unius anni remissa est pensio et sequenti anno contingat ubertas inmoderata dubium sit reparanda de remissa pensione. ~~Ar~~gumentum quod sic contra non. Extra et post. ~~Ite~~m si clericus locavit ad terminum certam aliquam et statim post totum quod dare debet ad terminum locator moritur infra annum et ecclesia confertur alteri numquid iste tenetur stare contractui antecessoris. ~~Ar~~gumentum si pecunia soluta conversa est in utilitatem ecclesie vel studii vel peregrinacionis tenetur alias non. Extra de solucionibus c. j. ~~Sed~~ si non est conversa in utilitatem non tenetur. Extra de precariis c. ij.

C. viij

~~P~~ermutacio est alicuius rei pro alia vicaria prestacio. Permutacio ecclesiarum licet fit tamen ad indempnitatem utriusque. x q. ij. ~~Si~~ quis vero et quod auctoritate superioris alias non licet. Extra de rerum permutacione. ~~It~~em dignitates non permutantur. Extra de rerum permutacione. ~~Item~~ quamvis aspectatum sit si permutacio ecclesiarum et aliorum beneficiorum dum tamen nichil temporale interveniat nisi forte aliquid ultra de redditibus temporalibus quia vel magis habundans posset alteri refundere certam pecunie quantitatem ita quod temporale pro temporali daretur et non contractus misceantur. Extra et ad questionem quando ibi sunt contractus unus permutacionis ecclesiarum alter possessionis. ~~Item~~ non quod princeps fit rerum immobilem cum ecclesia immobili permutacione ita quod ecclesia non ledatur et quod pragmatica sanctione confirmetur. Extra c. si pluries. Pragmatica idest quod carta unde pragmatica sanctio dicitur quia carta intitulata est et firmata est coram principibus palacii sed hoc idem quod confirmacio facta ab imperatore.

C. ix

F~~eodum~~ est ius in re aliena quod alicui intuitu honesti servicii tenetur aut vasallus quando vocatus fuit ire in expedicionem principis vel pro aliud donum acceptum vel dimidium redditum anni illius domino dare aliquin amittit feodum ut in constitucione Federici imperatoris sunt. ~~It~~em si filius vel fratris vassalli offenderit dominum privabit feodo nisi illos ad satisfactionem cogat ut C. eadem constitutione Frederici in principio. Item non qui alienat feodum domino inconsulto ius feodi perdit et consanguinei non est ius in feodo illo ut C. constitutione Fredericiana in principio. Item vassallus in die et anno investituram si non quesierit vel domino petenti iuramentum fidelitatis ter admonitus non prestitit vel aliquam falsimoniam contra tenorem iuramenti fidelitatis fecit perdat feodum et revertitur ad dominum ut C. constitutione Frederici ex. c. t. prima. Queritur si filius de delicto patris perdat feodum respondeo contra quod recurrendum est ad consuetudines et ad constitutiones feodorum secundum Gauf. Item inquirit mortuo feodotario qui filium non habet succedit feodum in filias respondeo quod est in optione domini utrum succedat an non secundum Bald.

Queritur si clericus teneatur absolvere debita antecessoris sui. Respondeo si debita illa contracta sunt pro utilitate ecclesie tenetur successor ea solvere ex. c. t. c. i. Si autem non propter utilitatem et pro necessitate ecclesie non tenetur ex de fideiussoribus quod in quibusdam. Queritur si filius teneatur solvere debita patris respondeo quod sic causa absque detractione legitime quia debet solvere quod in se continuit hereditas sed legata potest solvere cum detractione legitime vindicat sunt legata quod non potest esse tota legitima quod si legitimam habes in de testamento

d. i

Donatio est alicuius rei gratuita collatio i. gratis. Donatur autem duobus modis in vita et in morte ut quis sic donat ut si moriatur quod habeat ille cui donatur. Aliquis supervixerit re accipiat est et alia donatio que fit inter vivos que si perfecta fuit revocari non potest. Item donare potest qui sui iuris est i. qui recte parens est amissionem et sic excipio filios et filias quia et qui est in potestate patris donare non potest. Item excipio mendicum et claustralem nisi sit prelatus ex de c. t. cetera quia pauperibus erogare potest quilibet prelatus xii. q. ii. c. episcopus tamen debet fieri cum moderatione sine moderamine revocatur donatio si fuit officiosa ut si dat totum quod habet. Item propter ingratitudinem donatarii. Item propter potentiam dantis. Casus talis est filius cuiusdam principis petiit per fratres devenit pater eius quod princeps ampliorem in omnibus reliquit heredem qui quoddam monasterium construxit et bona sua acquisita donavit. Revertitur vir filius bona paterna repetens. Queritur an possit. Respondeo non videtur sine domino sed aliter sine quia quod deo semel consecratum seu concessum est deus et ad ius pertinet sacerdotum xvi. q. i. nulli. Sed ne deus cadat a iure suo dampnum vero reparatur ab eo scilicet qui bona illicite occupat

d. ii

d. iii

xij q. ij. volfanc. Si at i opa
i ventis fuit non ult congdiat
pena qua culpa recipiat. ff.
de penis sanximus g. ista que
consecrata sunt deo ut cruces
calices turribula et i sunt g.
verius quod non pt repete q
d. iiij ¶ Capitulum tales. Quidam putabat
quendam filium suum et eundem here-
dem instituit sicut dicitur ext. de eo qui
vero filio tempore omnia restitue-
tur e. de heredibus instituendis si ipsum
// et a subposito aufertur et idem
ab indigno ff. ubi error pre
intervenit totum factum irritat.
xxix q. i. si per errorem pecca-
tum non compigit si quid abali-
enus vendit go qd dat. e. abbas
qui pratem sancti quit pius
est ac si datu non cet Idemo
omnia restituenda sunt prelati he-
redit que non sunt consecrata deo
quocirca aut ipse habeat proinq
xvi q. iiij qo ext. donationem
factam a patre filius non pt re-
vocare ex. e. t. pastoral. ext.
donacio epi sine consensu capli
non e firma ex. e. t. pasto. cum.
si de in iuste acquisitis possit
fieri elemosina. Respo. de talibus a quibus
non transfertur dominium ut de
furto et rapina et de huius
pt fieri elemosina quia transfertur
aut go competit repetitio ut
i usura et de huius talia non pt
fi elemosina ut xiiij / talia tamen
non debent offerri ad altare cum.
si de iniuste possit fi elemosina

Respo. si res iniquia sumit possesse
ut genuine i usurae mare / Sed
si aliquid sumit possesse i nullis
tamen sunt prelate ut thezauri
absconditi de huius pt fi elemosina
d. Si aut i aliis sumit prelate non
licet eas retinere. Si igo res i ve-
nitur et scit cuius est restituenda
est ei vel heredibus. Si at nescit-
ur pubit. si nullus venit
de ut pauperibus vel in utilitate re-
fuet si paup est et que de con-
silio confessoris tenetur. Si res fur-
tiva vendit primus utrum de emp-
tionibus possit fi elemosina. Respo. quod
non quia fructus succedit loco
pretii ut ibi go ex. de usur. cum tu
d. ix ¶ Cum utrum monachus possit facere
elemosina. Respo. si est amministrator pt
et dicit xij q. i. quia alis non
nisi moriturus esset paup fame
tunc etiam si prohibet prelatus non e
ei obediendum ut xiiij. ext. si e
d. iiij instolis pt facere eloas ¶ Quando
mulier sine consensu mariti pt fa-
cere elemosinam. Respo. si mulier est res
paraffinales vel est mercatrix pt
facere elemosina etiam sed modito
ita tamen quod non dapt dire Si
aut res est quem b. et viro
et non est mercatrix non debet facere sine
consensu viri nisi modicas ut
alias ext. dico de fi. qui e i prelate
d. viij prius quod non debet sine consensu
prius facere magnas elemosinas sed
modicas ¶ Ext. primus non debet
elemosina sine consensu dni sed forte
d. xx paucas vel quamquam modica elemosina
p ¶ Similiter dicatur go. qua abalgo.
ticos veluti proprio possidet.
vigilia aut dr. peculiaris filiorum
vel suorum. s. quod pater concedit

filio vel domino suo ff de peculijs / dicitur
aut peculium a pecunia et pecunia
a pecoribus quia antiquitus pecunia in
pecoribus erat . j . q . iij . tot ... E . iiij
si dicas de rebus suis possunt aliquid
dare consanguineis suis Respondeo dare
consanguineis qui indigentes sunt
caritatis est / dare autem divitibus
pauperum rapina est Item alios
clerica si clericus habet res acquisitas
aliquas vel artificio vel que data
sunt in tuitu eius persone de hijs
potest facere testamentum et dare cui
placet Sed si autem habet ex beneficio vel in
tuitu ecclesie de hijs non potest facere
elemosinam nisi quam diu vivit non
testamentum nisi mediante Item

E j Testamentum est voluntatis nostre
de hijs que post mortem nostram
fieri volumus attestatio ff e . t . l . iij .
Due autem sunt species testamenti
scripte et sine scripture In scripto sep-
tem vij requiruntur masculi liberi et
bone fame quia mulieres servi et ma-
le fame testes esse non possunt / Exci-
pitur testamentum militis in quo sufficiunt
tres vel quinque Testatio et impera-
toris et testamentum factum coram
iudice ecclesiastico in quo sufficiunt duo
vel tres et magis etc contra plebem
ex e t . cum in uno Testamentum
autem non potest facere clericus subaudi
de rebus ecclesie Item religiosus filius
et omnis servus et minus omnino prodi-
gus et qui sui iuris non est Item omnia
que in sunt . Et non tantum Item autem
testamentum si testator ille muta-
verit quia standum est ultime voluntati
standum est Item heredes tenentur implere
voluntatem testatoris alioquin here-
ditas cum suis fructibus interdicen-
da est eis ab episcopo ex e t . si here-
dis / et ita ad episcopum pertinet testati
de servicio et ex eorum et hoc intel-
ligitur de hijs que ad pias causas
relinquuntur . ex e t . tua nobis
Est autem differentia inter testamentum
et legatum quia testamentum est
ut supra / legatum vero donatio que
est a defuncto relicta iussu de-
legatoris legat Quantum quis pos-
sit relinquere de hereditate in testa-
mento Respondeo si quis habet unum filium
tertiam partem potest alteri si duos tertiam
partem tantum si decem tertiam partem potest un-
decimum xij q ij si quis et ita
sic quidem potest dare portionem filijs et
non plus Sed ideo dicitur totum quod
potest tota dare hereditate dum non
relinquat legitimam filijs Sed
quanta legitima erit ista Respondeo si
filij sunt iiij aut pauciores
legitima est tertia pars hereditatis Si
v vel plures legitima erit medie-
tas Si non sunt communi legitima
erit quarta sive sint multi sive
pauci vero quarta ut infra dat
natalis una tenetur Sed quare isti non
dant natalis v vel ob Si
reliquit quarta quotiens uno no-
centur ceteri persone erunt Item
si aliquis non habeat filios pro-
fectos utrum tenetur alicui aliquid
relinquere Respondeo si liberos primum
vel unicum non est tota heredi-
tate sua pauperibus potest dare Item
Respondeo de hijs casibus potest pater E ij
exheredare filium / primus si parenti-
bus manus audaces imponat
secundus si graves contumelias eis
faciat 3us si contra causa criminali
eos accusat excepto crimine
perduellionis Crimen perduellionis
est cum aliquis contra imperato-
rem vel regem publicam aliquid
molitur / quartus si cum maleficijs
conversatur / quintus si parentum vite

insidiati sunt. Sexto si prius uxori vel concubine turpi se immiscuerunt. Septimo si parentes captivos non redimerint. Octavo si parentes testari prohibuerint. Nono si filii sunt heretici, qui capitis veniant in auctentica. Item aliquis dedit monasterio sancte Marie .x. et non determinat cui, tamen plures sunt cui debentur? Respondeo pauperi ecclesie dari. ex. e. t. indicante. Item aliquis habet plures ciphos et legavit unum non determinate et unus est melior altero, cuius erit optio? Respondeo legatarii erit eligere quem vult ecclesie dari. ex. e. t. indicante. Quid si clericus moriens est in infirmitate, utrum inde possit facere testamentum? Respondeo secundum consuetudinem nostram approbatam clericus potest pauperibus et religiosis de mobilibus aliquid conferre et etiam famulis et consanguineis in ultima infirmitate. ex. e. t. relinquimus.

E iii

[C]onsequenter dicendum est de successoribus ab intestato. Quid est qui succedunt clericis qui testamentum non faciunt in morte? Ad quod nota quod layco intestato decedente consanguinei succedunt. Respondeo descendentes per ordinem, ascendentes, collaterales. Item non videtur clerici ita consanguinei sunt quod distincte non sunt quam ordinem dicunt si porciones quatuor, prima dabatur episcopo, secunda clericis cui preerunt, 3a pauperibus, 4a consanguineis. ex. e. t. secundum aliquos. Quid si modicum possit tollere hereditate? Respondeo quod sic. xii. q. iii. si qua inter cetera. Quid si aliquis decedat intestatus et non habeat propinquos cui cadat hereditas? Respondeo clerico intestato decedente succedat ecclesia. ex. e. t. et c. I. Si autem laycus fuit de bonis vac. [illegible] quid si ecclesia non habens propinquos cedat testatum, numquid valet? Respondeo quod sic, quia qui testamentum facit de bonis suis inter fiscum reddit fisco, quia ultima voluntas in omnibus est servanda. xiii. q. ii. ultima et ex. e. t. nos quidam.

E iiii

[I]n sepulture vel sepeliendi est potestas sepeliendi in cimiterio presumentes eius assignare potioribus debentur, cum episcopus assignat maioribus eius cimiterium vel parochiis et mortuis. xlv. vi. q. ii. sicut antiquitus prohibentur. At in cimiterio sepeliri pagani heretici excommunicati, iura expresse ex. de ~~[illegible]~~ sicut. Item qui in tornamentis moriuntur licet penitent et veniam recipiant. Item usurarii publici et raptores latrones et de quibus omnibus intelligitur nisi in morte apparuerint signa penitentie, puta quod vocaverint sacerdotem vel alia certa signa si forte amisit loquelam. Item cum post mortem debet absolvi et recipi ad suffragia ecclesie. ex. de sen. exc. a nobis et ad quod probandum sufficit unus testis. xxxvi. q. vi. qui recedunt. Item quilibet adultus et discretus potest eligere sepulturam ubicumque voluerit. ex. e. t. nos instituta et etiam apud locum nimis religiosum, dummodo non fuerit excommunicatus. ex. e. t. in nostra et pater filio impuberi potest eligere sepulturam si est [illegible]. ex. e. t. de uxore.

E v

[I]tem qui recipit corpus alicuius in cimiterio non concesso ecclesie sepulture, cum omnibus que occasione illius recepit reddere cogitur. ex. e. t. fraternitatis et c. cum liberum. Item non quia aliquis de licentia ecclesie sua alibi eligit sepulturam, parochiali medietatem vel tertiam vel quartam partem relinquat ternus

si est consuetudo et contra hanc consuetudinem statutum est, extra c. t. Certifi. Item de quibus est dare canonica porcio de mortuariis tantum, scilicet oblationibus, cereis et aliis que circa recepit tempore sepulture an de omnibus. Respondeo de omnibus bonis que legavit, exceptis ornamentis vel pecunia vel alia ad divinum cultum legata ecclesiis vel reliquiis piis locis, de quibus canonica porcio deduci non debet, extra de testamentis. Item ex equi vel arma que dantur templariis et hospitalariis. Item si aliquis in vita sua intrat religionem vel elegit sepulturam, numquid parochialis ecclesia potest petere canonicam porcionem. Respondeo si in sanitate vel infirmitate de qua non moritur, non potest aliquid petere; secus si moritur de infirmitate, extra de his. Item si quis filius in una parochia facit se portari in alia et moritur de ea egritudine, quod prima ecclesia non privabatur sua porcione. Quid si fures in patibulo suspensi possint sepeliri. Respondeo si fuerint confessi, non enim sepultura eis denegranda est, extra de furtis xxiii q. v. Quesitum est: pono defunctus parte relinquit ecclesie sue et ultimo aliis, potest ne ecclesia parochialis petere canonicam porcionem. Respondeo si non recepit in modicam potest petere de tercia porcione. Si autem recepit et defunctus tali condicione legavit quod ecclesia eo contenta et ipse scivit condicionem, non potest petere. Secus si absolute relinquit aliquid et iste absolute recepit, potest de certo petere eius porcionem, extra de testamentis, officium. Quid si inter maiores non electa sepultura et habuit duos viros, cuius sepultura sequitur. Respondeo si ambo sunt mortui, sequitur sepulturam ultimi. Si autem unus est mortuus et alter vivit, sepelietur ubi unus elegit sepulturam, xiii q. ii. Questio commo.

E vi

Parochia est locus in quo populus degit sub parochiali constitutus. In quo quod parochiani diebus dominicis et aliis principalibus festis debent convenire ad suam parochiam et ibi debent audire officium divinum. In quibus necessitatibus festivitatibus dominice nativitatis debeant officium. Respondeo preter quam in quatuor festivitatibus, scilicet in pascha, pentecoste, nativitate domini [illegible] debent officium integre audire divinum, de consecratione d. i. glosa. Item constituimus. Dic secundum Hostiensem. Quid autem contra dic principaliter est ut [illegible] spaciale vernaculum que in spacium proprium elegerunt.

E vii

Nota quod aliqui sunt a quibus oblaciones recipi non debent, in decretis [illegible] scilicet notorie [illegible] et opprimunt pauperes, xxiii q. oblaciones. Item raptore, ut extra de raptoribus super eo. Item usurariorum, extra de usuris quia in omnibus. Item eorum communitatem violancium, xvi q. i. minor. Item meretrice, ut dicitur non accipiet [illegible] prostibuli eorum gravis.

E viii

Decima est omnium iustorum bonorum iuste acquisitorum pars talis deo debita, extra c. t. tua. Dantur autem de omni alia re clericis etiam si male sunt bite (?), extra c. t. quia xvi q. vii decimas. Nota quod qui bene dat decimas quadruplum remunerabitur a deo: prima abundancia fructuum, secunda sanitas corporis, tercia dulcedinem pacis, quarta regnum celorum. Quia sicut est sua pars (?) pro singulo deo offensa et dat iusto quod qui plus dabit plus premium. Qui minus concilij preterij sed nunc concilij et concilij licebat offerri quodcumque volebat. Nota quod decime alie sunt personales alie prediales. Personales dicuntur que in intuitu persone solvuntur et de negociatione et artificio et quecumque dicuntur non est. Prediales decime dicuntur que ratione prediorum solvuntur. Extra c. de regula. Queritur utrum decime personales sunt in precepto. Unde dicendum sicut dicit Innocentius ubi quicumque est tenetur solvere decimas personales sicut et decimas prediales. Queritur de militibus et aliis laycis qui recipiunt decimas sed ubique tamen si possint eas recipere sine mortali peccato. Respondeo secundum Hostiensem et Raymundum decime debentur ecclesiis de iure divino in signum universalis dominij obsequij et sic sunt vel spirituales et non possunt eas de laycis tenere ratione dominicalis dominij et sic possunt eas de laycis non quo ad proprietatem sed quo ad fructus percipiendos. Secundum tamen a tempore Lateranensis concilij celebrati sub Alexandro non valet collatio decimarum quarum laycis facta fuit per prelatos dicta extra e. t. prohibemus. Si tamen laycus dimittat et ecclesiam defendat sicut capellanus potest occupari. Queritur si nescitur utrum decima ante concilium sit collata vel post. Respondeo si ille qui est decimator et antecessores eius tenuerunt quiete et pacifice et fecerunt inde obsequium debitum etc. presumendum est quod sit de antiquis ut extra di. ita etc.

Nota tam prediales quam personales sunt in precepto

§ ix

Regulares dicuntur qui post emissionem professionis prelato regulari subiciuntur. Professi autem debent continentiam obedientiam et renunciare proprijs sicut tamen sunt de substantia professionis et de iure obligantur omnis religio. Tempus probationis est annus. Ita qui per annum stat in secta professione vel permissione in religione optime pacifice monachus est censendus extra e. t. ex parte monachi et de ... forma ordinis quia postquam per annum stetit continue portando et non reclamat presumitur quod sit monachus et propter ... et dicitur ita quod probatio in contrarium non admittitur extra e. t. vidua. Sed nunquid si adultus intravit religionem et non dum fecit professionem et placeat ei in aliquo casu redire solutus. Dico quod sic novo iure statutum est quod novitij in probatione positi possint ad priorem statum libere redire infra annum nisi in tribus casibus. Primus si acceperint continue qui profitentibus dari consuevit. Secundus si fecit professionem expresse renunciavit in manu prelati. Tertius si evidenter apparuerit quod ipse absolute volebat vitam mutare et in religione perpetuo remanere. Extra e. t. statuimus et c. ad apostolicam. Sed queritur quando apparebit hoc. Respondeo vel quia publice protestati sunt permanere vel quia receperunt continue professionis sed aut requisiti sunt an vellent renunciare seculo an non et nec hoc protestati fuerunt et nec dicunt non apparet eum dicunt eos solum valuisse vitam extra e. t. statuimus. Et nota quod solus habitus non facit monachum sed professio vera vel presumpta. Vera ubi expresse fiat facit monachum et sollempnizat votum. Presumpta dicitur cum quis per annum stat in monasterio portando habitum professorum et monachus vel monacha extra c. ex parte. Et si quis ingrediatur

lib'

quibus anno probationis permanendi in religione et sunt professi sunt protestatus si supplicat ei illa religio cogendus est ad religionem laxiorem ut amplius possit redire ad seculum extra c. t. super eo. Nota si impuberes intrant sive intravit infra annos ad dotum vel matrimonium aptos qui sunt in puella xii et in masculo xiiii anni distinguitur aut ab illo ponitur in monasterio puta a patre vel propria voluntate. Primo casu si non consentit potest egredi quando vult usque ad ultimam etatem xx q. i. puelle. Si autem consentit licet talis consensus sit ante tempus pubertatis non teneat non tamen potest exire ante etatem legitimam xx q. i. id. Sed cum venit ad annos legitimos potest egredi extra c. t. cum simul. Si autem propria voluntate potest exire statutum vel aperte infra annum et diem xx q. ii c. i et ii. Item nota ut si matrimonialem licentiam corrumpet tantum inclitus assumpto professionem ut femina in manu abbatisse fecit illa emendata recessit vult eam episcopus compellere eam ut sit monacha queritur an possit. Respondeo non est compellenda ut sit monacha xxvii q. ii amonere alias tamen persuadenda est consilio ut in auctoritate de sanctis episcopis l. ult. Item nota si clericus quis beneficiatus intrat religionem numquid expectabit eum episcopus per annum ut non conferat beneficium eius cum beneficia non debeant vacare ultra vi menses extra de conces. preben. nulla. Respondeo si de licentia episcopi intravit expectabit eum per annum. Si sine licentia tunc conferat infra tempus statutum ad beneficia conferenda extra c. statuimus. Item nota si impuberes doli capax ita quod malicia supplet in eo etatem intrat religionem numquid potest exire. Respondeo consulendum est ut maneat non tamen dico ipsum ad hoc teneri. Sed quid si aliquis non metu sed dolo ductus intrat religionem numquid potest se allegare deceptum et exire. Respondeo non quia non potest dicere se deceptum cum condicio melior sit effecta nec alterius dolo sed proprius sue facultati ascribat extra quod metus causa c. de le. Item si quis alienatus est a mente et intravit religionem non est cogendus permanere extra c. t. sicut. Item si professus transeat ad aliam religionem non petita licentia numquid est revocandus. Respondeo non extra c. t. licet. Item si aliquis intravit arctiorem religionem de licentia si redit ad primam utrum teneatur eum recipere. Respondeo si redit ante professionem factam tenetur eum recipere prelatus aliter non. Sed quid si aliquis vovit intrare ordinem cisterciensium utrum possit illo dimisso intrare laxiorem. Respondeo non primo sed econtra cisterciensis et post si vovit ad laxiorem transire ante professionem licet vero.

Ex

R Nota quod coniugatus ante uxorem cognitam per carnalem copulam potest ea invita ingredi ad religionem transire et illa potest nubendi est et perpetuum. Item quid si alter coniugum intrat sine licentia alterius religionem et alter repetit eum qui intravit numquid redire tenetur ad eam et utrum contra aliquos casus sit obligatus ratione voti ulterius scilicet non reddendi debitum. Respondeo ad primum quod tenetur redire nisi in duobus casibus. Unus si prima fuit fornicata et ipse ingrediens vovit caste. Alius si sententia divorcii lata fuit inter ipsos. extra de divorciis. significasti. Ad aliud dico quod obligatus est qui intrat quo ad se tantum et ideo non potest exigere debitum qui quantum potuit renunciavit quod contra propriam castitatem sed aliud i. non reddere debitum vovere non potuit et ideo tenetur reddere. extra eodem quidam. Item quod si vir velit excipere contra eam de fornicatione quam non cogitabat quod monasterium eo vivo potest excipere et eum et eum defendere ne vadat contra peiorem statum licet eum primus non tenuit votum quamvis ad ipsum tenuit et ipsa fornicata statim perdidit ius exigendi ipso autem liberato a servitute monasterium est plenum ius in eum. Item quid si exigerit et velit excipere contra eum quia potest ei remittere. Respondeo credo quod bene potest eam repetere non obstante conditione monasterii quia bonum ex toto non tenuit quia ipse non vovit. hec ibi. Item quid si uterque fornicatus est numquid alter alterum invito contrahere potest monasterium. Respondeo non potest sicut notavit Gugl. xxxiii. q. v. agatosa. et potest revocari quo sit intravit sive sit publica sive occulta forma. Item quid si uterque non petita licentia ab altero intret monasterium numquid potest se invicem repetere. Respondeo quod non quia neuter potest se dicere spoliatum et uterque contrahendo renunciat suo iuri scilicet iuri exigendi. Unum votum utriusque est. Item quid si uterque credens alium mortuum contrahat matrimonium numquid reconciliata veritate potest unus compellere et alium repetere. Respondeo quod sic quia neuter voluit esse monachus nisi alter fuisset mortuus. Item quid adulter potest intrare monasterium in vita. Respondeo non quia contra nocens potest adulterium reconciliari. xxxii. q. i. non est. Hec Gauffr. Pone movetur uxor que contraxit vir de monasterio numquid tenetur redire et numquid potest aliam ducere et si ducat numquid stabit matrimonium vel numquid ab illa prima potest exigere debitum. Ad primum dico quod cessante impedimento redire monendus est et puniri si non faciat. Ar. xxxiii. q. v. non [illegible]. Quamvis dicitur tamen non est cogendus. extra de conv. coniu. q. ii. placet. Ad secundum dico quod non potest contrahere contra prohibitionem voto simplici. Si tamen contrahit peccat contra prohibitionem et contra decretum de fractione simplicis voti et tenebit matrimonium. extra qui clerici vel voventes. Tertium ad tertium dicunt quidam quod sicut potuit exigere debitum a prima vivente tamen a prima [illegible] et alii dicunt quod licite potest quia bonum matrimonii tollit iam obligationem prima tamen sponsa pariter est ad salutem. Item quid si vir sine eius licentia

vir intrat monasterium vel intrat
et maritus conversus est. Respondeo aut iam
est eiectus de monasterio et reconcili-
atus uxori aut non. Si primo
casu non potest uxor invite in-
gressus post illo inhibito tamen / xxxiii
q. ii agatosa. Quid si maritus
accipit sacrum ordinem in vita vel
nesciente uxore vel contra
sciente et non contradicente,
numquid factum est preiudicium uxori?
Ad quod dico multis obmissis quod
si vir recepit ordinem sacrum
uxore ignorante non contradicente
non fit ei preiudicium nam poterit
compellere debitum et ille tenebitur
reddere / extra de conversis coniugatorum vel et
sicut notavit Gofredus / xxvii q.
ii agatosa nisi illa possit
induci ad continendum et uxor repe-
tet eum coram concilio et cardi-
nalibus vel ipso papa qui iubet
pacem de ipso sicut de alio re-
stitutum cum uxor non petebat co-
ram vel contra mortale cum
scandalo uxoris. Si forte sunt
sub incertis quere extra de xxxiii
di. acceptum. Si autem uxor scivit et
consentit vel non contradixit et
tacuit tamen servet in-
re vel per aliud. Si clericus acci-
dentalis est fecerit uxor duplex
preiudicium unum quia oportebat
eam de cetero continere aliud quia mor-
tuo viro non potest alii
contrahere et si contrahit non tene-
bit / xxxiii di. quia sicut culpe
et sufficiat quod ista de periculo
caste vivat quod et permittere
dicit Gofredus. Quid si uxoratus possit
de licentia uxoris intrare religionem
uxore de seculo manente? Respondeo si uxor
non potest remanere in seculo sine suspi-
cione fornicationis non sufficiat
licentia uxoris nisi et ipsa convertatur
extra c. i et xxvii q. ii sunt
qui dicunt et c. scripsit. Si autem
est senex tunc sufficiat licentia
in vehementer ante episcopum ut vove-
at et maneat in seculo / extra c. ad
nostram et c. ii de conversis et c.
ad apostolicam. Quid si licentiatus emi-
sit votum continentie remanens in
seculo, cum non potest sponsa sua et
mortuo suo contrahere de facto contra-
hat matrimonium, numquid stabit? Respondeo
stabit nisi emisit votum continen-
tie solempne quia nisi coram non
remittuntur, puta ut accipiat
sacrum aliquam religionis cum tum
emittat id est in manu episcopi vel
alterius de mandato episcopi tunc contra-
hit matrimonium spirituale inter deum et se
et per istum votum locum non
est matrimonio carnali. quere xxvii

Quando cum quod parrochiani in
tempore paganismi uxores vel alias
si duxerint et postea conversi sunt
non debent separari cum non de morte
sponsarum virorum vel uxorum non fu-
erunt machinati ut fidem
deserunt ut defecto vinculo
divisi contrahunt aliter secus esset.
extra c. t. laudabilem. Item quod
si iudei vel pagani in ii vel iii
vel iv gradu contraxerint numquid
coniugii tales remanebunt copula-
ti? Respondeo quod sic / extra c. gaudemus
quod autem dicit est intelligendum de linea
transversali non de linea ascenden-
tium vel descendentium quia ta-
les gradus prohibiti sunt de lege
contrahere. Quid si de fidelibus unus
pluries uxores contraxit, utrum tenebit?
Respondeo primam tantum obtinebit.

cia dispar cultus. Si vero autem infidelis contraxit cum fideli aut cum fideles in tempore et postea alter eorum labitur in heresim tamen nullum est matrimonium. Sponsalia tamen possunt contrahi sub conditione ut infidelis convertatur, extra de conversione coniugatorum. Iuste tamen cum ambo sunt infideles verum est tamen matrimonium sed non est ratum ideo dissolvi potest ut si alter convertatur ad fidem alter in suo errore permaneat. Iuste tamen quando fideles in tempore contraxerunt et postea alter eorum labitur in heresim non potest contrahere qui relinquitur nisi distinguas utrum intervenit carnis copula vel non et tamen contrahere, quia matrimonium fidelium ratum est et ideo nullo casu inveniente dissolvi potest. extra e. t. Quanto.

§ 4 Votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. Si enim fiat de re mala vel etiam bona sine deliberatione non obligat. xxii. q. iiii. Ysidorus: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. extra e. t. Licet. Votorum aliud est necessitatis ut sunt illa sine quibus non est salus ut abrenunciare dyabolo et conservare decalogum. Votum voluntatis est id bonum ad quod se obligat quis sponte ut est votum continentie abstinentie et peregrinationis. Item votorum aliud simplex aliud solempne. Simplex est quod simpliciter emittitur ut cum quis dicit in corde suo: voveo continenciam deo, et istud obligat apud deum tamen et transgressor eius peccat mortaliter. Sed transgressor voti solempnis, extra qui clerici vel vo. Rursus, peccat tamen gravius quia sicut dicitur votum solempne quam simplex. Verumtamen statuit ecclesia quod votum solempne impediat contrahendum et dirimit contractum plusquam votum simplex cum utrumque eque obliget quo ad deum. Quoad simplici voto sola est promissio de futuro sicut in sponsalibus de futuro. In voto autem solempni est traditio voluntatis et corporis in abbate vel prelati presentia sicut in matrimonio de presenti tradit se uterque coniugum in potestatem alterius. Unde sicut non tenent sponsalia matrimonium post secutum ita non tenet votum simplex post votum solempne. Votum autem solempne est in quo solempnitas adhibetur. Tribus autem modis solempnizatur votum scilicet per ordinis sacri susceptionem id est per professionem expressam vel per habitus susceptionem. Et nota quod solus habitus non facit monachum nec solempnizat votum nisi emittat votum in manus alicuius prelati presencia vel abbatis prioris episcopi vel sacerdotis et tunc iudicatur votum solempnizasse ita quod si postea contraxerit matrimonium separabitur. extra qui clerici vel vo. Insinuante. Et nota quod quedam vota nonnumquam redimi possunt vel commutari ut vota minora et quare ideo quia non est dispensatio vel commutatio quam dum xvii. q. i. Sunt quidam. Duo exiguntur ut votorum fiat redempcio scilicet causa et auctoritas superioris. Causa ut vovens sit debilis seu infirmus vel si de ipsius absencia timetur magna iactura. Auctoritas superioris exigitur quia nemini licet sua auctoritate redimere vel commutare votum suum. extra e. t. de peregrinatione et c. de illa. Est tamen differentia inter vota hic secundum et alia vota quia de his facit redimendo vel commutando intelligitur potest se intromittere nisi solus papa vel alius de suo mandato. c. ex multa. In aliis autem votis redimendis vel commutandis dico quod episcopus dyocesanus considerata causa potest auctoritate propria extra c. t. de peregrinacione abstinencie et c. Potest commutare vota religiosorum vero alios que recipi sancti voti inviolatum habeant qui temporale obsequium in perpetuum nonstantibus religionibus et permanendo commutacionem extra c. t. scripture quod et mediatis personis quando vero quod per ingressum religionis liberatur a voto crucis. Sed numquid idem est de imperatore rege marchione duce comite etc. quid enim si aliquis vovit uxore quod cum duobus milibus militum vel cum mille toto tempore vite sue vel VI annis in subsidium terre sancte militaret. Respondeo credo sicut supra quod consulendus est papa aliquid diffiniendum. Item si aliquis civitate pignorata vel aliud vovit quod mitteret vel expediret in subsidium terre sancte c. Marcel. per quam in ingressum religionis numquid est liberatus anno. Respondeo sicut quo ad laborem persone quia considerationibus non tenetur quo ad precium perdatur quia vel episcopus vel abbas vel aliquis alius potest speciali licencia ipsius potest mutare votum terre sancte vel ipse mere permutatur per ingressum religionis vel quo ad laborem persone, et dicit in tali persone secundum commutacionem secundum superiorum consideracionem facultates voventis et expensas quas facere deberet posset si votum impleret eundo vel stando redimendo et summa in subsidium sine diminucione transmittatur terre sancte extra c. t. quod super hiis de iubente aacre per se

vacacionem puta scilicet facto et simpliciter dico et quod excepto quod ad laborem persone mittat oblationem pretia qua ibi facturus esset alias aut expensas compensato labore cum aliis que magis deo placere debent credo salvo meliori iudicio commutandas extra c. t. c. I. Item quod impuberes non doli capaces vel consentientes sicut vel credo se obligare et si contrahat religionem ipsa auctore sicut concessi in anno et die ad tempus facti. Sed quare addit dies ad annum quia sicut placuit iuris auctori. Sed si aliqua vovit se contrariam religionem et venit ad etatem morum fuit per numquid potest id revocare statim contradicendo. Respondeo quarundam opinionem non sed secundum opinionem que communior sicut statim vel dat ei annum et dies religiosis oportet aptare prius sed per alia non. Item si pater quod dum revocavit eius votum continentie et postquam consentit numquid venit ad etatem tenetur observare. Respondeo quibusdam opinio quod non quia semel fuit absolutus a patre et obligatio semel extincta non reviviscat. Item de sponso dico restituto de religione et postquam manumittitur. Item de votis revocatis ab uxore de mortuis ipsa mortua vir omnibus sed vero non tenetur ad votum vel redimendum sed tamen quia remoto obstaculo est plenum permissum. Item votum sine viro ratio ad carnalem copulam sicut vir conditi mortuo voto suo et cetera. Sed quid si dicat se velle ingredi cum vir exigit debitum et ad passionando debet. Respondeo quibus debet arbitrii tempus ita quod ipsa ingrediatur. Aliquando mulier potest transire ad conventum id est religionem viro nolente. Hugo xxvii q. ii Desponsatam, quod potest casus de viro sed credo quod non possit nisi obligetur scilicet ad observantiam regularem vel saltem renunciet seculo et proprietati ita quod servet continentiam obedientiam et non teneat proprium, quo elapso si non fuerit in monasterio ingressa cogatur obedire viro post consummationem nisi ingrediatur religionem non ad probandum sed ad faciendum professionem infra duos menses vel unius spatium faciat professionem. Argumentum extra de conversione coniugatorum Ex publico. Quid si datum est ei tempus intrandi ab episcopo et maritus interim per violentiam cognoscat eam numquid eo obstante poterit ingredi religionem infra tempus sibi assignatum aut impedietur intrare propter unionem iam per carnalem copulam consummatam. Respondeo quod quod disputabile est et dimisi supra quia diversi sentiunt. Postquam autem ipsa ingressa fuerit et fecerit professionem tacitam vel expressam solutum est matrimonium et vir renuncians seculo potest aliam ducere sive de consensu eius contrahit sive eo contradicente. Hugo tamen voluit contrarium supra eadem causa Desponsatam quod eo vivente vir debet servare continentiam quam concepit vel contrahere sed non credo. Quid quod si non vult contrahere sed suscepto aliquo velo religionis vult in seculo caste vivere. Respondeo non sufficit et compellendus est in matrimonium iam contractum nisi se astrinxit voto ad observantiam regularem de quo autem capelli sit ut relicto seculo religionis professionem compellatur. Extra de conversione coniugatorum c. Ex parte. Quid si aliqua compellatur et compellatur votum sine coniugis consensu voluntarie cognoscatur. Aliis numquid continuatur unionem. Credo quod potest. Quid numquid potest aliquis vel aliqua monachus vel monacha fieri de domo propria. Respondeo potest prout voluit Hugo dum tamen faciat votum de non contrahendo sponsum et de conservando continentiam et subponit se regule monachali et vivat. Item. Quid numquid possit coniugi post mortem cum sponso contrahere non debeat. Respondeo. Hugo dicit quod cessante ei debent successores ab intestato quod si non sint cedunt ecclesie cui subest. Quid voto peregrinacionis quod venit quandoque potest vovere et adimplere de voto alterius et admonetur mulier si vir vovit quod continebat sine aut salvare et vir non potest quod prohibere extra c. t. q. supra. Quid si prelatus possit solvere religiosos sibi subditos a voto peregrinacionis facto ante ingressum religionis. Respondeo quod non. Numquid vir potest aliquid vovere sine licentia episcopi. Respondeo abstinentiam potest vovere sed peregrinacionem non nisi si est beneficiatus. Numquid potest aliquid vovere mulier sine consensu viri. Respondeo quod non et si fecerit vir potest revocare. Ba. xxiii. sed Ba. ait si vovit mulier que non potest explere sine scandalo viri ut ieiuniis et surgendo de nocte vir potest revocare. Si autem potest sine scandalo non potest revocare vir. Quid si mulier vovit de consensu viri et postea revocat vir numquid tenetur obedire viro tercius .iii.

Ratio quod tenetur et ipse non peccat contra veniendo ut videtur xxxiii q. v Voluit / Item si tenenda sint vota que emittuntur inpetu vel in infirmitate et de inpatiencia que fiunt in perturbatione et postea doleat Ratio si queritur obligandi se tentionem se tenetur / ar. xxii q. iiii sed quid ergo / Item de manuale credo quod non vovit instat peiore voto tum quod etiam potest aliter superiore in melius commutari si aliquis vovit ieiunare in pane et aqua et non implet propter suam infirmitatem ~~et~~ non implet peccat quia expectandum est donec cesset inpedimentum Item si aliquis manens in seculo possit facere votum sollempne quod impediat matrimonium contrahendum et dirimat contractum Ratio quod sic si de presenti consecrat in continentia perpetua et tradat in observanciam voti in manum publice persone ita quod ille recipiat eius traditionem / Item ad sollempnizationem voti tria requiruntur primo consensus de presenti in perpetua continentia / secundo expressio eius corporalis facta publice persone ~~et~~ / tercio traditio facta in manum publice persone quarto approbatio et receptio facta per illam publicam personam / quantumcumque enim aliquis voveat et tradat se in manum publice persone si non adest vicarius dei in loco eius recipiat votum tamen non erit nisi simplex votum quod emittitur ac seculari in seculo remanere / Hec tamen hic quidam contradicunt / vos et dicunt quod quantumcumque non sufficiunt ista nisi fiat obligatio ad aliquam certam professam religionem ut extra de regularibus porrectum et qui clerici vel vo. consummate vel ad certam religionem ut ad aliquem fiat obedientiam in manus publice persone erit votum sollempne et erit subiectus episcopo qui facit ei religionem secundum Gaufridum contra est quia et monachi fuerunt antequam essent regule monachorum et heremitis bene ut videtur quod votum virginitatis non est sollempne quamvis possit dici publicum quia ibi non fit obligatio ad obedientiam vel aliquam religionem / Item votele ut sine preiudicio loquar secus et non debet contrahere si tamen contraxerint matrimonium stabit / extra qui clerici vel vo. consuluit / Item appellatur publica persona Ratio quod sub eius episcopus et qui super talibus mandatum episcopi habent et consueverunt vota recipere ut abbates vel priores sed quere d. xxxviii q. i in principio quod publica persona est episcopus abbas et quilibet prelatus et monachus et canonicus regularis et qui dimittit seculum in summa ar. ad hoc / extra qui clerici vel vo. consummate et xx q. i. vidua. Nota secundum Innocentium quod prohibitionem ubi non debet ulli dispensare ieiunia in votis abbas sed votiva et voluntaria potest solvere

ff. iii

Nota quod in statu qui dicitur est monachus committi aliam curam / extra de voto et vo. re. per totum et non debent monachi soli poni in prioratibus sed cum socio suo ordinis / extra c. t. monachi / Item si non sunt tenentur solvere de ta contracta per monachum. Respondeo quod non nisi sint versa in utilitate ecclesie c. fideiussoribus quod quibusdam. Queritur utrum monachi possint populo predicare, confessiones audire et similia facere. Respondeo si populo preficiuntur possunt talia facere, aliter non, ut patet xvi q. i. ptot usque ecce in qc secundum Gaufredum. Queritur utrum monachus assumptus ad prelaturam secularem absolvatur ab observanciis regularibus seu religionis et silencio et similibus. Respondeo ab aliquibus absolvitur ut a silencio ieiuniis et vigiliis, et sic ideo quia nemo potest ecclesiasticis preesse et obsequiis deservire et in monasterio pariter persistere xvi q. i. Nemo. In aliis autem non absolvitur ut dicitur communiter secundum Gaufredum. Sed numquid absolvitur ab obediencia abbatis. Respondeo si transfertur ad ecclesiam episcopalem absolvitur ab obediencia. Si autem ad ecclesiam que de iure subiecta abbati non absolvitur. Si autem ecclesia de iure subiecta sit abbati et de nullo tenetur abbati xvi q. i. improces. Queritur numquid si translatus debet servare officium monachale. Respondeo quod non quia ad quamcumque ecclesiam vel claustrum alterius consuetudine servabitur xx q. d. illa. Queritur si talis debet ditare cum suo carnem. Respondeo si non gravatur contra aliorum scandalum potest comedere xlii d. quiescamus.

Responsio quod sic cum venerit ad etatem discretionis, extra eodem c. de illis. Quid si parentes contrahant pro filiis sponsalia, utrumque tenent? Responsio quod sic si pueri consenserint ut supra de apparatu. Quid si parentes iniunxerint et noluit esse ratum? Responsio non sunt puniendi quod tamen dat operam ut contrahat, extra eodem c. ex litteris. Quid si pater promisit uni de filiabus suis, una umquam potest sponsus eligere? Responsio de plurium opinione erit dare quam vult. Quid si omnes moriantur preter unam? Responsio illa dabitur. Quid si pater obtulit unam sponso et sponsus vult habere aliam? Responsio pater absolutus est a promisso vel iuramento. Quid si masculus propter amorem contrahat cum aliqua et copuletur ei carnaliter et imitatur cum sorore et non possit umquam de matrimonio? Responsio quod non, extra eodem c. attestationem, ibi dicit si aliquis adultus cum impubere sponsalia contraxisset et attemptasset eam corrumpere et non potuisset, sed tamen umquam quia sic attemptat potest ducere eius consanguineam. Dicit si illa fuit septennio maior et doli capax eius consanguineam ducere non potest, sed si vero est si attemptat cum maritali affectu quod non debet ducere eius consanguineam et hoc propter publice honestatis iustitiam. Secus si eam polluisset non carnaliter ita quod non attigisset claustra pudoris sed de foris palpasset vel pollutus non impeditur quin possit ducere consanguineam sponse sue, quia non facit vel pollutus sanguinis commixtionem vel carnis unionem, ut xxxii q. iii. c. ordinaria tunc firmitati. Ibi dicitur quod matrimonium constituitur per mutuum consensum, sed verba de presenti illud consensum exprimencia sunt necessaria quo ad ecclesiam. Sed quid si mutus vult umquam de matrimonio? Responsio verba de matrimonio non sunt de substantia matrimonii sicut sunt necessaria in sacro baptismate ecclesia. Verba tamen aut nutus aut alia indicia sunt necessaria. Unde si puella verecundetur loqui et non loquitur tamen patitur se subarrari per anulum in missionem vel fibulam recipiendo tali taciturnitate, et patria eius consensus exprimitur quamvis lingua taceat, sic venit ibi sanctio xxx q. v. c. vlt. Si autem verba alia sunt indicia de consensu nisi quod ille protulit verba non credo precisum esse matrimonium preter verba sua tantum. Sed quid si in nova lingua mulieris dicat: quibus do tibi fidem de accipienda te de uxore, et illa non videat non contrahunt sponsalia nisi ipsa signo vel aliquo indicio ostendit sibi placere cum clanditate non posset. Quid si dicat tu mea et non addat uxor, umquam sufficit? Responsio quod sic si non intendit eam decipere; maior oportet abiurare. Sed quare tenetur oportet cum sine consensu eius non possit matrimonium esse inter eos? Responsio quia matrimonium potest mutare voluntatem et iterum consentire. Sed credo quod qui venit quod de tanto ingenio licet ante ingressum primat tenetur tamen intrare et tenere ordinem quia probato ordine potest mutare voluntatem et placet ei quod displicuit licet post eius ingressum probationis si ei displiceat resilire possit Sed numquid qui iam senior est pubes siue maior contraxit sponsalia vel matrimonium cum impube potest resilire cum ille qui minor erat peruenit ad etatem legitimam vel matrimonium consumare Respondeo dic quod non quia ex eo semel consensit non potest amplius dissentire ex. de despon. impube. De illis qui .x. annos dic idest quod minor cum ad annos pubertatis peruenit si reclamauerit iudicio ecclesie poterunt separari Similiter de his qui annos nubiles contingit impossit illi qui nondum ad annos pubertatis peruenerat cum in cum semel consensit amplius non potest dissentire nisi ipse cum ad annos venerit ei consentire noluerit denegare non tamen intelligas quod teneat matrimonium cum clandestine non possit et consensus non concurrerint si est obligatus ex propria promissione contrahere Sed quid si medio tempore contraxerit cum alia et cum qua non teneat matrimonium Respondeo secundum tenet

iii Clandestina matrimonia dicuntur que occulte idest sine presencia testium contrahuntur et talia matrimonia ab ecclesia prohibentur. ex. e. cum inhibicio nichilominus tamen tenet si contracta fuerit et si postea cum alio contraxerint idest non tenet et si sub forma ecclesie contractum fuerit ecclesia approbat secundum. licet secundum deum matrimonium cum scienter non sit sed potius adulterium quia ecclesia tamen iudicat de manifestis Numquid peccat mortaliter qui clandestine contrahunt Respondeo quod sic si sine causa faciunt ar. ex. e. t. cum inhibicio Illo qui clandestine contraxerunt in uno loco et transierunt se ad aliud locum et ibi matrimonium cohabitant consulendum est eis quod publice faciant quod in occulto fecerunt et si erubescunt contrahere facere credo quod episcopus potest cum eis dispensare Item si aliquis contrahat cum una occulte et cum alia postea in facie ecclesie quia illam cognouit Respondeo forma quod clandestinum matrimonium licet sit prohibitum tamen si sit tenet Item si ecclesia compellat eum et vult quod maneat cum secunda Respondeo potius debet obedire conscientie quam ecclesie et si oportet transferat se ad aliam regionem

iiii Item si aliquis petat aliquam in uxorem et probat quod cum ipsa contraxit per verba de presenti et illa probat econtra quod cum alio contraxit per verba de presenti non tamen probat de antecedenti tempore rea absoluitur quia ubi obscura sunt iura parcendum est reo magis quam actori ex. e. de fide instrumentorum inter dilectos et ideo videtur quod si duo egissent contra eandem et de utroque sunt contraxerit quod cum ea contraxissent quod ab utroque est soluenda vel potius sententia differenda quousque probetur de antecedenti tempore Si autem ambo constaret de uno quam de alio quod forte non sunt ita probones patres videtur mihi differenda esse sententia ne preiudicium alteri fiat in matrimonio. ar. ex. de eo qui cog. consang. uxoris sue ex. de frigi. et malefi. c. i. et c. laudabilem.

que simpliciter putat virum esse suum mortuum et contraxit cum alio tenetur. Ratio si presumit probabiliter sic esse excusatur. Si autem est levis opinatio dubitatio illa deposita conscientie formidine sui amoveat et reddat et exigat. Si autem dubitat probabiliter non exigat sed reddat donec certificetur.

Condicio autem est honesta aut inhonesta. Si honesta aut necessaria aut voluntaria. Et si est honesta et turpis est aut contra substantiam matrimonii necessaria aut non. Condicio honesta et necessaria est que si non apponatur nichilominus intelligitur ut cum Johannes iudice consentio tecum si sedes sana xxxii q. i non oportet. Condicio honesta et voluntaria est que propter honestatem apponitur sic consentio tecum si pater meus voluerit et si Guerro c. venit. Hec si apponatur suspendit sponsalia usque ad eventum rei. Si intervenerit iuramentum vel postmodum de presenti consensus vel carnalis copula sunt secuta tunc verum est matrimonium et videntur a condicione recessisse extra e. c. de illis et c. super eo et c. per tuas. Condicio inhonesta est contra substantiam vel contra matrimonium ut cum dicitur consentio tecum si furtum feceris vel si hominem interfeceris. Tales autem condiciones si apponuntur non est tenenda et tenet sponsalia sive matrimonium extra e. t. c. i et ult. Item si contrahuntur sponsalia promissa pecunia non tenet promissio pene illius nisi sit peti pecunia ut si dicat mecum contrahes dabo tibi centum marcas ad ictum pene non valet cum libera debeant esse coniugia extra de sponsalibus requisivit. Item si dicitur consentio tecum si vitalibus generationem etc. si aliquid contra matrimonium est xxxii q. ii aliquando ita dicitur junior. Et quod dicitur quid si dicitur consentio tecum si de Venetiis tu ligave(?) Ratio talis condicio est de honesta et reiecta et non impedit extra e. t. c. i. Item quod consensus ad tempus facit matrimonium ut si dicat consentio tecum ad x annos. Ratio quod non. Queritur si consensus de futuro carnali copula sequente facit matrimonium. Ratio si cognoscit eam maritali affectu verum est matrimonium. Si non fornicario licet non sit verum est tamen presumptum et ecclesia iudicabit matrimonium et tunc si contraxit cum alia prius quam maritali affectu cognitam est stabit. Si vero sed prius in iudicio poli stabit licet prius in ecclesia presumatur esse verum. Queritur si consensus coactus impediat matrimonium. Ratio si est metus qui cadit in virum constantem impedit. Si autem est levis non. Quantumcumque est tamen metus si postea in carnalem copulam consenserit matrimonium stabit secundum. Credo si violenter cogatur tamen quod potest per compellere prius ad consentiendum. Ratio quod non. Queritur si aliquis iuravit se ducturum aliquam et postea faciat simplex votum continencie et postea vovent et postea iuravit quod horum servandum est. Ratio si iuramentum precedit servabit iuramentum extra e. t. venies. Si autem votum precedit servabit votum et aget penitentiam de voto vel iuramento illicito extra e. t. c. insuper.

Nota quod multa crimina impediunt matrimonium contrahendum prius in crimine i. cum consanguinea xxxiii q. vii a dormierint. Item qui votum emiserit dampnatur non debet xxvij. q. ij. admonere vi

Constat videlicet qui clerici vel voventes continentie sunt ad quod nondum quod clerici in quatuor ordinibus minoribus constituti nisi sint monachi vel regulares vel de aliqua religione qui continentiam profitetur licite sunt contrahere extra de clericis coniugatis c. i. ij. et iij. Si vero de sacris ordinibus a quibus sit constituta puta subdiaconus diaconus presbiter contrahere non potest et si contraxerit separabitur. xxvij. d. si quis eorum lectore. Item hoc oppositum servabit papa in Cenomanensi de subdiacono qui de facto contraxit si ad ordinem tunc voluit post laudabilem conversationem ipsius potuit per dispensationem episcopi ad ordines maiores promoveri. Si autem ad religionem transire voluit necesse de subdiaconatu ministrare de necessitate ad altiores ordines promoveri. In minoribus tamen ordinibus potest ministrare ex. c. liraze. Votum impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum votum intellige solempne votum aut simplex quod impedit contrahendum sed non dirimit contractum. De hoc plenius tractatus sub titulo de voto in tertio libro. Subdiaconus diaconus presbiter contrahere non possunt et hoc de iure positivo sed queritur an papa possit cum talibus dispensare cum sit iuris positivi. Videtur quod sic nam si sola voluntas est ea que aliquibus prohibentur et sola voluntas est constitutoris ea que prohibitio relaxatur quia cuius est destruere cuius qui id condidit necnon papa suis legibus constringitur C. de legibus et constitutionibus l. digna.

Ipse tamen bene facit si suis legibus vivat C. i. digna. Gregorius potest dispensare cum subdiacono ut in matrimonio quod contraxit quia ista sunt de iure positivo. Item quod si regnum aliquod esset et monachus esset rex, tunc melius esset si officio suo pro omnibus quam soli sibi contemplari. Item voventi preferat quam magis bonum propter maiori. xvi. q. i. in si quis et cuius utilitas preferenda est privati. Item in quolibet voto intelligendum est si deo placeat. Unde dicunt quod papa potest dispensare ut contrahat ... vovens etc. quia votum non dicatur qui supplicato obedientius quod ubi deus gerit vicem ex. de voto inspectoris. Item qui rapit sponsam alterius xxvij. q. ij. statuit. Item qui de suscipiendo matrimonio proprium filium de fonte levat ut sunt coniuge debito xxx. q. i. de eo. Item qui defloravit presbiterum ex. de pe. et re. presbiterum. Item qui cognoscit sanctimonialem xxvij. q. i. Hij igitur omnes contrahere prohibentur. Nota tamen si sint iuvenes et timetur de continentia eorum conceditur eis licentiam nubendi. Ar. xxxij. q. i. antiq. Item ista crimina de pe. dirimunt matrimonium contrahendum et dirimunt iam contractum, scilicet si quis vivente uxore dat fidem alteri ut eam ducat post mortem uxoris sue ex. c. t. super eo et de facto ducat et contrahit cum ea. ex. c. t. ex liraze. Vel machinatus fuit de morte uxoris cum effectu isti contrahere non debent et si contraxerint separabuntur ex. c. t. significasti et sequens verum

Sed intellige quod in omnibus predictis tribus casibus debet intervenire carnalis copula. alias non separabuntur et sic cessant iste conditiones. Item quod dicit machinatus quo si accidit casu scilicet in bello et non ab eo contingendi cum ipsa prius habito adulterio cum ea. et quod dicit ad effectum cessat casus scilicet adulterii et hoc voluntate occidendi non tamen occidit. ista non pariunt impedimentum quamvis possint si contingunt contrahere extra eodem titulo Machinatus in mortem. Item quid si non ab eo occidit ut simul contingant sed in bello vel alio casu vel occisione. Respondeo Hug. notat xxxi q. i Denique quod quocumque modo occidit non dimittit matrimonium post contractum nisi ad hoc fecit ut eam duceret. Item quid si precepit vel compulit ut occidatur et factum fuit. Respondeo idem est ac si interfecisset sicut notat Hug. Item quid si ratum habuit cum esset interfectum. Respondeo quod non dimittetur ut hoc patet notat Laurentius. Item quid si occidit eum ad ut eam duceret sed non processit carnalis copula vivente viro nunquid poterit eam ducere post mortem viri. Credo sine preiudicio quod si non processit adulterium pollutio non dimittet matrimonium. Unde tamen sunt necessaria ad hoc ut matrimonium dirimatur scilicet adulterium occisio actualis et quod eo animo fiat ut supra contingant. Alii tamen dicunt quod sola machinatio mortis cum effectu sufficit ad dirimendum argumentum extra de conversione infidelium Laudabilem fidei dat

Item intelligas de iuramento. Item quid si non fidem dedit vel iuramentum prestitit sed simpliciter promisit eam ducere. Respondeo Hug. notat xxxi q. i Relatum quod idem est quod simplici promissione sit et fide sine iuramento quia nomine fidei intelligitur quelibet nuda promissio vel non promissio nuda et hec promissio est desponsatio in futuro. Et quare fides cuius data adultere dirimit matrimonium. Respondeo quia de re non vacante non debet fieri promissio ut de prebenda vel hereditate viventis nec quis desideret mortem proximi et hec fuit ea constitutione causa in hoc casu. Sed quid si aliquis sub litteram contraxit cum aliqua cuius uxor in sponsa nunquid post mortem sponse potest stare matrimonium. Respondeo quod sic si de sponsa voluit et potest alter ad hoc cogi extra eodem titulo c. ii. Unde in parte ista sic est separatio a viro vel cum eo manere. Sed nunquid mortua legitima consummabitur matrimonium inter adulterum et ipsam. Respondeo quod non sed requiritur novus consensus. Item quid si adulter novo consensu precedente contraxit cum alia. Respondeo istud secundum stabit.

Nota quod sicut lepra superveniens dissolvit sponsalia de futuro extra eodem titulo Litteras matrimonium dissolvere non potest extra eodem titulo Quoniam. Et non quod mulier sana viro leproso debitum reddere tenetur non tamen cogitur secum manere in una domo. Sed tamen cum ipse sit quod debito suo propter loca distancia non fraudetur extra e. c. Quoniam. leprosi cum contrahere possunt. Sed quid si leprosus est in domo qui cum muliere unquam tenetur uxor eum sequi et reddere debitum. Respondeo credo quod non. Sed si esset in cella aliqua vel domo speciali tunc forte videretur contrarium esse dicendum.

VIII Notandum quod servus potest contrahere cum ancilla et contra voluntatem dominorum nec sunt dissolvenda matrimonia propterea, quamvis debent eis dominis servire ut prius. Extra e. t. Dignum. Sed pone dominus precipiat alicui servo coniugato et eo tempore petit uxor debitum, quid fiet? Respondeo si servus contempnit dominum confidenter et reddit debitum quia dominus consensit in principale scilicet contractum matrimonii intelligitur et accessorium consensisse. Extra de off. dele. Praeterea. Si non domino ignorante vel contradicente videtur dominum mandatum implendum nisi timeatur periculum fornicationis in uxore, tunc secus est. Item error conditionis deterioris impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum, ut si liber contrahit cum ancilla, sed non error paris conditionis ut si servus cum ancilla, nec error melioris conditionis ut si servus cum libera. Extra de divortiis Significasti. Item si aliquis ducat ancillam quam credit esse liberam statum ut cum audivit ancillam potest petere divortium et separari ab ea. Si autem postquam scivit cognovit eam carnaliter consensisse iudicabitur nec poterit ab illa separari. Extra c. Proposuit et c. Ad nostram.

IX Cognatio spiritualis sive compaternitas propter tria contrahitur ex sacramenti datione vel intentione. Verbi gratia sacerdos baptizat puerum, tu suscipis illum, utrique vestrum est pater spiritualis pueri. xxx. q. i. Omnes. Extra e. t. c. ult. Sunt autem tres species cognationis spiritualis: una dicitur compaternitas quae attenditur inter patrem spiritualem et patrem carnalem pueri. Item est alia compaternitas quae attenditur inter suscipientem et susceptum. Tertia dicitur fraternitas quae est inter filium tuum spiritualem et filios vel filias carnales. Item sunt duae species compaternitatis, una directa alia indirecta. Directa quando ego levo filium alicuius de fonte, pater pueri et meus compater dicitur et mater pueri commater dicitur, sed uxor mea commater dicitur et isti inter se contrahere non possunt, et haec compaternitas directa quia et directa impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum. Item non omnibus opinionibus exclusis quod omnes filii compatrum et filiae sive ante compaternitatem sive post genite possunt licite copulari, excepta illa mediante qua contracta est compaternitas. Extra c. Tua. Item innuere nova quod filius sacerdotis vel alterius viri qui baptizat puellam non potest cum ea contrahere, et si contraxerint separabuntur. Extra c. Ex litteris si quis sacerdotis. Idem forte iudicandum de filio confirmatoris et confirmata. Extra Litteris. Non tamen est de filio de filia consortis. Quaeritur an quis potest habere duas commatres. Respondeo si compaternitas precedat matrimonium vel saltem carnalem copulam, licite potest habere quis duas commatres. Verbi gratia B et C sunt sibi commatres, postea Petrus contraxit cum B, ea mortua potest contrahere cum C. Si non compaternitas sequatur matrimonium non tamen, ut si uxor tua ante cognita suscepit filium alterius lib

illa cuius filius efficitur [suscepit] et commater
profecto uxoris tue et cum illa uxore
tua te mortuo contrahere non potest. Si
non filium uxoris tue quem de alio viro
genuit tibi de fonte levavit
vel illam de confirmatione tenue-
rit illa tibi est commater uxoris
tue et non tua et cum illa tua
mortua potes contrahere. Verumtamen [illegible]
[illegible] vel tunc cum eam natum fon-
te levavit [illegible] ista commater
si vera non valet uxoris. Ratio quod
commaternitas sive compaternitas con-
trahitur in confirmatione et quod inter
quatuor personas scilicet inter illum qui
tenet et personam quam tenet
et patrem et matrem illius quem
tenet. Unde si teneo aliquam de
confirmatione ipsa est mea filia
spiritualis et mater eius mea com-
mater et nullam istarum ducere
possum. xxx q. iiii si quis unam

Queritur et questio de apparatu.
Queritur si aliquis possit ducere
commatrem illius quam cognovit
fornicarie. Ratio quod sic quia
fornicatores non contrahunt sibi
cognationes spirituales sicut coniugati.
Unde ista fornicaria nullam
acquirit a malo suo compaternitatem.
Item si aliquis tenet aliquam vel
levat de fonte et [illegible] dicatur
efficitur compater. Ratio quod sic quia compater
tenet et tangit. Unde videtur
quod [illegible] non sit de [illegible] cere
[illegible] [illegible] si videt et non
tangit quod non est compater.
Item queritur aliquis potest ducere filiam
spiritualem carnalis filie. Ratio
quod sic [illegible]. Queritur si aliquis
possit ducere filiam commatris sue.

Ratio quod sic excepta illa sola quam de
fonte levavit vel in confirmatione te-
nuit. Unde patet quod aliquis potest commatrem
uxoris sue [illegible]. Item queritur aliquis potest du-
cere uxorem illius qui tenuit eum in confir-
matione. Ratio quod non. xxx q. iiii.
si quis unam [illegible] filiam eius ducere
non potest quia ibi est fraternitas spiritualis
ut c. t. j. et dicit [illegible] et
[illegible] valde quod cognatio spiritualis
in baptismo et de confirmatione currit
pari passu. Item queritur si aliqui
compatres filios levant de fonte in-
vicem possunt reddere debitum. Ratio si fa-
ciunt ex ignorantia que est vere probabilis
tunc debent [illegible]. Sed si non
faciunt ex ignorantia sed ex malitia
fraudis et dolo non debent eis
patrocinari ut e. si vir. Sed ambo
peccaverunt et cum neuter eorum possit
exigere [illegible] compellet eos sibi
invicem reddere debitum propter periculum
fornicationis ut de divor. [illegible]
Si non unus peccavit ille non potest
exigere sed exactus reddere tenetur. xxx
q. i. de eo

Queritur si filius adoptivus pos-
sit contrahere cum filia adop-
tantis. Ratio quod sic [illegible] et
[illegible] aliquis adoptivus cum fi-
liabus adoptivis possunt contrahere.
Ratio quod sic [illegible]. Queritur si
filius adoptivus [illegible] ad
[illegible] contrahat cum filia [illegible]
adoptantis [illegible] sit [illegible]
[illegible]. Ratio quod sic [illegible]
et [illegible]

Nota quod aliquis cognoscit
consanguineam uxoris sue
[illegible] quia [illegible] [illegible] ei [illegible] [illegible]

sed quia illa affinitas oritur post matrimonium contractum non potest dirimi matrimonium in talibus respondi sed monenda est uxor ad continentiam quod si noluerit licet vir amiserit debitum exigendi tamen tenetur eam dolens ex actu reddere debitum et ad hoc potest compelli per excommunicationem extra e. t. c. Tue et c. Iordana. Item quero si supervenit affinitas sponsalibus de futuro contractis et ante carnalem copulam non rescindit illa extra e. t. Discretionem et c. de sponsalibus de futuro quia a contrahendo precedens impedit matrimonium contrahendum sed non dirimit contractum sicut votum simplex et hoc verum est de omnibus casibus exceptis tribus casibus quos quere in titulo de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Sed quid si vir exigit debitum nunquid peccat mortaliter? Respondeo credo quod sic nisi super eo laboret ignorantia iuris vel si petat uxori ignoscendo et non suam voluntatem explendo. Sed nunquid maritus qui sic privatus est iure petendi potest dicere uxori quod petat debitum vel potest confessor uxori consulere quod petat debitum et dicat ei? Respondeo credo quod maritus potest dicere uxori quod petat debitum et sacerdos debet uxori suadere continentiam si non potest tunc dicat uxori quod petat coniugali quia non potest vir petere a spirituali ne prostituat uxor aliud contra aliqua. Item quid si vir intuitu pudoris cogitare uxorem suam tantum semen effudit aut etiam ordinarie polluit eam nunquid ius exigendi perdidit? Respondeo credo quod pena non fuit extendenda sed potius restringenda. Unde non quod ad hoc quod contrahatur affinitas necesse est utriusque scilicet sanguinis commixtio ar. xxxv q. v Affinitas. Unde licet mulier semen emittat et non vir contrahitur affinitas ar. de frigidis qui palpando potest mulierem ad seminis effusionem provocare ergo et tamen ibi non est affinitas neque matrimonium. Item is qui cognovit aliquam fornicarie non potest contrahere cum cognata eius usque ad quartum gradum extra de affi. Non debet in casu impedit. Non aliquis ante matrimonium contractum cognovit consanguineam uxoris sue si hoc adeo notorium est quod tergiversatione non potest celari vel possit probari per testes legitimos debet omnino separari aliter matrimonium contractum non dissolvitur etiam ad confessionem eius seu alterius vel amborum extra de illo et c. Veniens et c. Super eo. Et iste non debet continere uxorem sine causa sed potius sustinere excommunicationem super quo quia si ex hoc fit impedimentum tunc nec exigere nec reddere debet quia ista quo ad deum non est eius uxor extra de sen. excom. Inquisitioni.

Item si duo fratres possunt duas sorores vel pater et filius matrem et filiam ducere? Respondeo quod sic extra c. Quod super his. Item quid aliquis potest ducere aliquam distantem a se in quarto gradu in recta linea? Respondeo Gauffredus dicit quod sic sed Petrus dicit contrarium et hoc verius puto dicit enim quod si Adam viveret non posset ad aliquam feminam contrahere. Unde illa decretalis extra c. Non debet intelligenda est de lineis collateralibus. Queritur si aliquis possit ducere

lib'

relictam fratris mei sine dispensatione quod sic quia ibi est secundum genus affinitatis quod modo sublatum est ut extra c. Non debet. Et hoc per illa regula: persona addita personae per carnis copulam mutat genus sed non gradum. Item igitur frater uxoris meae sibi sit in primo genere affinitatis. Uxor eius est in 2º. Et secundum ablatum est. Quaeritur si aliquis possit ducere sororem uxoris sine dispensatione quod non quia ibi est primum genus affinitatis et primus gradus et hoc per illa regula: persona addita personae mutat gradum et non genus. Eadem soror uxoris fit in primo genere affinitatis, filia sua est in 2º genere affinitatis sed in 2º gradu. Unde nota quod vir potest ducere quamcumque affinem uxoris in quocumque gradu sed consanguineam eius ducere non potest usque ad quartum gradum inclusive ut extra c. Non debet. Sed numquid aliquis potest ducere filiam relictae fratris sui sine dispensatione, quae sit de alio viro? Dico quod sic quia illa persona michi attinet ei. Notandum quod consanguinitas est vinculum diversarum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Stipes illa persona appellatur a qua aliqui ducunt originem sicut Ysaac fuit stipes Iacob et Esau. Dicitur autem consanguinitas quasi communem sanguinem continens. Linea est ordinata collectio consanguinitate iunctorum diversorum sive diversos continens gradus. Lineae autem sunt tres ascendentium descendentium et transversalium. Sed non quod secundum leges quaelibet persona facit gradum sed secundum canones duo fratres faciunt unum gradum. Unde duo fratres sunt in primo gradu, filii duorum in secundo gradu et sic descendendo. Idem est de duabus sororibus. Sed non usque ad quartum gradum inclusive prohibentur contrahere et si contraxerint sine dispensatione papae separabuntur ut extra c. Non debet. Si autem distiterint duo ab invicem unus in quarto gradu alter in quinto isti licite possunt copulari quia remotiori standum est ut extra c. Vir qui stipite.

xii

Affinitas est attinentia unius personae ad alteram per se venientes ex carnali copula 35 q. 1 c. ... quia tam per fornicariam copulam quam per legittimam contrahitur affinitas ut extra c. Affinitatis 35 q. 3 ca. Item non quoniam erant tria genera affinitatis sed nunc tantum unum est. Primum genus affinitatis est quod uno solo mediante alia consanguinitate contrahitur et oritur. Unde regula: persona addita personae per carnis copulam mutat genus scilicet attinentiae quia ipsa non attinet michi in aliquo gradu consanguinitatis sed attinet in primo genere affinitatis mediante fratre meo sed non mutat gradum quia sicut frater meus est michi in primo gradu consanguinitatis ita uxor eius est michi in primo gradu affinitatis quia hic regulariter verum est quod in quocumque gradu consanguinitatis est michi aliquis meorum consanguineorum in toto sunt mihi uxores eorum affines quia si in primo et eorum uxor in primo, si in secundo consanguinitatis et eorum uxores in secundo gradu affinitatis. Idem tenendum est de consanguineis et eorum maritis. Item alia regula: persona addita personae per carnis copula mutat gradum et non genus scilicet attinentiae ut grata consanguinitas est mihi sicut meum et michi quae consanguinitatis apponatur uxori meae tu efficeris filio meo affinis in primo gradu primi generis affinitatis. Filius et filia fratris mei efficiuntur eidem uxori meae affines in primo gradu secundi generis affinitatis; secundo gradu affinitatis nepos eius, secundo primo generis affinitatis. Sed in tertio gradu consanguinitatis est. Ecce quod genus affinitatis semper manet, sed gradus mutatur, ut computatur nupta genus sed generata gradum. Item regula: omnes maritae meae consanguinei sunt mihi affines in primo genere affinitatis et in illis gradibus affinitatis in quibus consanguinei sunt mihi consanguinitatis. Idem dico de uxoribus consanguineorum meorum. Item affinitas non solum per legitimum sed etiam per fornicarium coitum contrahitur, tamen ordine naturae servato. Quia si aliquis extraordinarie, id est contra naturam, et sine seminis commixtione aliquam polluerit, ibi non contrahitur affinitas nec impeditur consanguineam eius ducere in uxorem, quia talis pollutio non facit sanguinis commixtionem nec carnis unionem, xxxv. q. iii. nec eam. Alexander Wintoniensi de illo qui uxoris suae aliquam ei iunctam se proponit cognovisse, respondet quod si non notorium fuerit et testibus idoneis approbatum, propter eorum matrimonium ipsius impediri non permittas. Clemens Wintoniensi super eo quod postulasti. Item de coniugato qui ante matrimonium contractum uxoris suae consanguineam cognovit carnaliter, tamen idem fatetur, utrum sit ab uxore separandus. Respondeo quod propter corporis consensum tamen vel rumoris vicinae separandi non sunt nisi [illegible] et fide dignae accedant probationes. Innocentius episcopo: ex litteris tuis accepimus quod lator praesentium iuvenem puellae quam infra nubiles annos desponsaverat carnaliter saepe cognovit, et post carnalem commixtionem puellae [illegible] adulterium. Committimus tibi quod eis ab invicem separatis, mulier alii non nubat, sed postquam novit viri et mulieris delictum ei non erubuit commisceri. Vir autem nunquam debet ad alias nuptias convolare nisi certa quoque probatione de lapsu carnis probatur. Timeatur. Quod fraternitati tuae demandavimus et in divortii sententiam approbamus quam de eo promulgasti qui cum eius copulam praesumpsit cum antea sororem adhuc septennem contractis sponsalibus contra ordinationem nostram polluisse. Sed quid est consulendum illis qui ante matrimonium contractum consanguineam uxoris suae cognoverant, per eas tangitur. De talibus maior cum peccato stat impedimentum carnalis. Sicut quidam tamen de timidatio requiratur in secundo libro, super de restitutione spoliorum. Innocentius: litteras tuas. Et novo responsio dicitur quod cum sororem uxoris coniugatus fornicatur, cum uxore possit commorari et exigere debitum ac solvere requisitus. Respondeo quod admonenda est uxor ut a viro abstineat et in continentia maneat usque ad obitum viri, quod si forte recusaverit et de eius timeatur lapsu, vir potest et debet cum dolore debitum exigere coniugale, cum affinitas post matrimonium contracta non debeat illi nocere qui iniquitatis particeps non existit.

xiii

Impotentia coeundi est vitium animi vel corporis quo quis impeditur alterius carnali commercio. Est autem alia naturalis, ut frigiditas in viro, arctatio in muliere, defectus aetatis in pueris; alia accidentalis, ut castratio, maleficium quod fit per fornicationes. Item naturalis in viro alia est perpetua, alia temporalis. Naturalis temporalis est in pueris; naturalis autem et perpetua in viro impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum, ut est ca. Laudabilem. De arctatione in muliere sic tenetur quod licet ei insit, si tamen potest ei subveniri beneficio medicinae vel per assiduum usum cum homine quiescente naturae, non impedit matrimonium contrahendum. Ita quod si propter arctationem separata postea qui non potest eam cognoscere et sic prius viri copulata est facta ydonea primo separanda est a secundo et reddenda primo extra e. fraternitati. Si non sit tamen coartata quod ei absque periculo corporis subveniri non potest impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum extra e. c. oplus. Sequitur videre de accidentali et primo de castratione scilicet de eunuchis quibus sunt virilia precisa et quid similiter tenendum est quod tales inepti sunt ad debitum reddendum unde contrahere non possunt et si contraxerint non est matrimonium. Si non sectum precessit matrimonium non separatur. Item scias quod licet vir senex est ineptus ad reddendum debitum quod intellige de quolibet impedimento quod accidit post matrimonium legitime contractum. Quod intellige de impotentia coeundi que ex maleficio provenit. Si supervenit matrimonium non dirimit. Si non precedit aliquo est temporale aut perpetuum. Si temporale matrimonium prestat impedimentum. Si perpetuum impedit contrahendum et dirimit contractum xxxiii q. i. si per formitarios. Sed quomodo scietur impedimentum temporale esse aut perpetuum. Respondeo a principio quodlibet maleficium presumitur temporale quia omnis homo creditur potens ad coitum sed ex quo per triennium cohabitaverunt dantes operam studiose commixtioni carnali si adhuc durat impedimentum presumitur maleficium esse perpetuum extra e. littere.

Et non dicam de frigidis quod frigidus nullam potest cognoscere nec movetur ad voluntatem coeundi. Sed maleficiatus potest alias cognoscere preter illam cum qua est maleficiatus. Unde frigidus si propter frigiditatem separatur datur mulieri licentia nubendi et non ~~nubendi mulieri~~ viro xxxiii q. i. de inc. Si propter arctationem mulieris datur viro licentia nubendi et non mulieri extra e. fraternitati et si postea cui denegatur licentia convaluit et aptus factus fuerit nuptiis separandi sunt a secundis et primis reintegrandi. Si non propter maleficium separantur datur utrique licentia nubendi xxxiii q. i. si per formicarios. Item spado qui utroque caret testiculo matrimonium contrahere non potest et si contraxerit contra auctoritatem non debet separari secus si alter tantum caret. Item nunquid vir qui generare non potest et mulier que non potest concipere possunt contrahere. Respondeo quod sic si possunt coire tunc enim est matrimonium aut causa prolis aut causa continentie vitande si aut una causarum subsistit permittitur matrimonium.

Item quid si vir scienter sit frigidus vel impotens ad contrahendum vel mulier sit arta contrahunt matrimonium. Respondeo quod vir non potest a tali uxore recedere si mulier ei voluerit commanere extra e. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium c. i. Quod de muliere est dictum idem videtur dicendum si aliquis scienter contraxit cum frigida extra e. c. i. Item si frigidus contrahat cum arta et uterque sciat impedimentum. Respondeo credo nisi ambo consentiant separationi debent stare sicut frater et soror extra e. c. i. Si autem alter istorum dimitteret vel contineret aut male tractaret eam et vir nollet se corrigere vel quia impotens esset contrahere cum alia in tali casu posset petere separationem extra ar. extra e. de mu. mandando quod ad matrimonium tenet xxii. Item si mulier arta facta tamen ydonea primo restituitur viro et convenit ad quem eam artam. Respondeo restituetur secundo. Si tamen semel cognita recuperaverit eam restituitur ei non semel sed secundo et tertio si tantum. Item si a primo nullo modo potuit cognosci sine periculo carnali nunquid fuit matrimonium inter eos. Respondeo non fuit secundum Goffredum et Huguccionem arguendo supra in c. fraternitate scilicet ibi absque carnali et c. oplutus. Unde dico quod si per experimentum usum vivi fit reddita ydonea primo viro propter quod non restituetur sed remanebit cum secundo. Pone ista est arta sed per incisionem potest fieri apta in qua potest contrahere. Respondeo Huguccio quod non contrahat sed post incisionem potest. Item si ante

ante mixtionem aliquis duxit eam de facto, inquiunt, facta mixtione poterit ab ea recedere. Ray. Hug. dicit quod opus est novo consensu nisi interveniat carnalis copula. Unde convenit Hug. nisi post inmissionem adveniat novus consensus quod potest ab ea recedere et aliam ducere. Ego credo quod si adhuc durat primus consensus quod sublato impedimento non est opus de novo. Expone quod apta uni et arta alteri est legitima, ratio ad hoc concedendum quantum ad unum non quantum ad alterum. Quid si aliquis de facto contraxit cum arta que post fit apta per incisionem, inquiunt, potest compelli ad incisionem sustinendam. Quaeritur Hug. quod sic si potest sine periculo vite fiat, non nisi. xxxiii q. i quod proposuisti. Quid convenit cum spadone qui utroque caret testiculo, erigatur virga et emittat semen, licet sit invalidum ad generandum liberos, per talem coitum contrahitur affinitas. Affinitas et [illegible] dico quod contrahitur, licet forte non sit ibi commixtio seminum efficax.

xiiii Quaeritur si matrimonium possit contrahi tempore ab ecclesia interdicto. Respondeo: matrimonii duorum sunt actus, consensus et carnalis coniunctio, ut de bigamis, debitum. Dico ergo quod matrimonium quolibet tempore potest contrahi, sed nuptiarum solempnitates et sponse traductio mariti prohibentur quibusdam temporibus, ut de feriis, capellanus. Si tamen contractum fuerit non est separandum nisi ad tempus ad agendam penitentiam et hoc tantum ad separationem thori, ut ext. e. c. per totum, xxxiii q. iiii nec exigere. Numquid est peccatum mortale illo tempore cum solempnitate contrahere? Respondeo quod sic si fiat sine dispensatione cum prohibitum sit, ut ext. e. c. per totum. Numquid simplex sacerdos potest dispensare quod illo tempore contrahatur? Respondeo: credo quod non, quia cause matrimonii determinande reservantur episcopis, xxxiii q. i. Scolares.

xv Legitimus est qui de legitimo matrimonio natus est, vel qui per sacros canones legitimus iudicatur, ut ext. e. cum inter. Ita tamen quod ambo vel alter eorum credat se legitime et bona fide coniunctos, et illi qui nascuntur parentibus, ut ext. e. c. ex tenore. Nota quod alii filii sunt naturales et legitimi, ut qui filii legitime procreantur. Alii naturales tantum, ut filii concubinarum. Alii legitimi tantum, ut adoptivi vel arrogativi. Nota de filiis adoptivis. Adoptio est extranee persone in filium vel nepotem legitima assumptio. Sunt autem due species adoptionis, scilicet arrogatio et simpliciter adoptio. Arrogatur ille qui sui iuris est et non habet patrem, vel si habet emancipatus est a patria potestate, et hoc fit auctoritate principis. Optatur autem qui adhuc est in patris potestate. Item arrogatus transit in potestatem arrogantis, adoptatus autem non transit in potestatem adoptantis. Habet autem ius succedendi ab intestato adoptanti. Potest omnis qui sui iuris est et qui generare potest. Unde eunuchus spado natura frigidus adoptare non potest; femina etiam adoptare non potest nisi ex rescripto principis et in solacium filiorum amissorum. De matrimonio istorum dictum est supra de cognatione legali. Alii nec naturales nec legitimi sunt qui spurii dicuntur, ut qui de adulterio vel qui de incestu nati sunt, quorum parentes matrimonium contrahere non possunt. Sunt autem plures modi legitimandi filios. Primus per subsequens matrimonium, ut si quis habeat naturales ex concubina, postea cum ea contrahat, tunc de eadem filii legitimantur. Secundo ex speciali indulgentia domini pape, ut si aliquis legitimetur in spiritualibus et per consequens etiam est in spiritualibus legitimatus, ut ext. e. per venerabilem. Qui si tamen sunt legitimati. Tertium legitimos sunt qui nimis si pater filium obtulit naturalem curie principis quod fiat curialis, sive potest habere filios legitimos sive non, legitimantur. Item si pater decedens in testamento voluerit cum legitimis heredem et ipse postea offert se principi. Item si nullo filio legitimo superstite pater defuncto offerat seipsum filium naturalis curie efficitur legitimus. Naturales filii de sexta parte hereditatis patris succedere possunt si habeat filios vel uxorem. Si vero non habeat filios totam hereditatem potest legare. C. de naturalibus filiis l. i. licet. ~~filii~~ Spurii non omni beneficio excluduntur. Et si pagani in secundo tertio vel quarto gradu contraxerint et filios procreaverint et postea ad fidem convertantur filii legitimi iudicantur. extra c. gaudemus.

xvi Notandum quod maritus potest dimittere uxorem propter fornicationem et hoc intellige de carnalem sed propter fornicationem spiritualem non potest nisi nolit se corrigere. extra de divor. de illa. Sex casus in quibus vir non potest accusare uxorem. Primus si ipse commisit fornicationem. Secundus si ipse eam prostituit. Tertius si ipsa credidit virum mortuum et nupsit alteri. Quartus si cognita fuit latenter ab aliquo quem ipsa credebat maritum. Quintus si fuit oppressa. Sextus quando reconciliavit eam sibi post adulterium commissum vel eam adulterantem retinet in consortio maritali. Postea quis audit. Perfectum de impedimento mulier scit et uxor sua et si opus sunt (?) git opinionem probabilem non obligat sed reddat debitum quousque ultra habeat. Vero contra quid si non vult credere uno fidedigno vel sacerdoti nunquid peccat mortaliter non credendo. Respondeo credo quod non sed veniale. Haec Ro. Quintum quid si sacerdos sciat impedimentum et potest probare et alter coniugum sciat ad quem. Respondeo de hoc capitulo tenetur ad divortium solleprium (?) agere nisi consensu qui velint cohabitare sicut frater et soror. Haec Ro. Quaeritur si vir tenetur uxorem fornicantem dimittere. Respondeo si est manifesta et corrigit se potest eam retinere. Si autem perseverat in malicia tenetur eam dimittere. Si autem est occulta non potest dimittere. Nunquid potest vir dimittere uxorem fornicantem propria auctoritate. Respondeo quo ad thorum tantum nisi appellatur ad debitum tantum reddendum peccatum, sed quo ad thori separationem non potest sine iudicio ecclesiae. Haec Pe. Quintum si vir occulte fornicans possit accusare mulierem de adulterio manifesto non potest sine peccato. Ar. xxxii q. vi c. plerumque. Si tamen vir penitet et mulier probare posset. Nunquid potest accusare mulierem de adulterio penitentem. Respondeo quod non quia penitentia tollit accusationem. xxxii q. i admonere. Nunquid postquam divortium possunt se reconciliari. Respondeo si utrique concordat tunc debet fieri reconciliatio. Si discordant non debet fieri nisi forte propter scandalum vitandum ut si uterque fornicatur. Si autem unus petit et alter repugnat si tunc innocens petit nocens debet cogi qualitercumque peccat. Si nocens petit nocentem debet fieri reconciliatio. Quintum ad quem spectat celebratio divortii. Respondeo ad episcopum. extra de eo qui cognovit (?) sanguineam (?) uxoris suae (?) Ex. de prescriptionibus (?) prelatorum attendentibus nisi forte committat alteri. Nunquid post divortium licet alteri intrare religionem sine consensu alterius. Respondeo si uterque fornicatus est non licet et si alter altero invito intraverit extrahetur ab eo. Si autem unus eorum tantum innocens potest intrare religionem etiam altero invito sed nocens non potest sine consensu innocentis quia si innocens vult tenetur nocens ad reconciliationem. Si autem innocens non vult sibi reconciliari nocentem tunc nocens de consensu episcopi potest intrare religionem. Haec frater Jo. Hug. tamen dicit quod post divortium uterque potest intrare religionem sine consensu alterius quod non credo. Quintum si nocens intravit religionem altero non contradicente nunquid potest revocari ab eo. Respondeo credo quod non. Haec Ro. Quintum si post divortium qui innocens fuit etiam fornicatur nunquid non obstante sententia potest alter alterum repetere. Quintum nunquid alter sine consensu alterius potest intrare religionem. Respondeo si uterque intrat sine licentia alterius nunquid potest alter exire et alterum repetere. Ad primum dico quod potest eum repetere ut dicit Rey. et magister cogetur eum redire ac

deinde iurando tria vota etiam si intrasset
quod nollent se invicem repetere Ad hoc in-
ducitur quod si unus intravit sine consensu al-
terius compellatur extra eo. ad istud sudit Aug.
quod non potest compelli quia votum utriusque terminat
quantum ad non exigendum ad quod alter alterum
repetebit extra eo. Aug. Item quid si vir votum
renovaverit post primam et illa non vovit nunquid
est cogenda Responsio si vir est iuvenis potest eam
in iure repetere extra eo. Item quid si ipsa intrat
monasterium ipso non contradicente nunquid potest
eam revocare Responsio credo quod non ut supra

xvii

Divorcium est viri ab uxore legittima separatio
Fit autem divorcium duobus modis Uno quantum
ad thori separationem scilicet cum alter fornicatur et
procedit contra eum in iudicio ut xxxii q. i
Dixit dominus quando ad fedus matrimoniale se-
parantur ut cum proponitur actio super consanguini-
tate vel affinitate et tunc si probatum fuit
dissolvetur matrimonium et dabitur licencia nube-
di utrique ex eo. c. i porro Fit divorcium debet fi-
eri coram ecclesia episcopo presente vel loco eius pre-
sente episcopus Sed quid si ecclesia decepta per fal-
sos testes vel alio modo celebrat divorcium
inter aliquos deinde factus est vir sacerdos
postea inventum est ecclesiam fuisse deceptam
nunquid iste sacerdos restituetur uxori Responsio
credo quod sic si uxor non potest in domo ad
continentiam debet ei restitui vir quia et uxor
si ei restituetur et tenetur iste reddere de-
bitum uxori petenti sed non debet exigere quia quantum
in se est solempnizat votum Item quid si iudei
vel pagani contraxerunt in secundo tertio vel quarto
gradu nunquid conversi remanebunt copulati
Responsio quod sic quia apud infideles verum est
matrimonium sed non ratum quia dato libello potest
eam repudiare extra eo. c. gaudemus Item quid
si plures uxores duxit nunquid omnes re-
tinebit Responsio prima tantum erit uxor et illa sola
potest retinere extra eo. Pone duo fratres vel
duo consanguinei duxerunt sorores duas vel
consanguineas unus alteram et vir fuit
ferre sententia divorcii propter consanguinitatem ab-
sentia quis uterque alter proximus quod erat separari
ad quod dicas quod nullo modo potest separari quia
res inter alios acta aliis non preiudicat
extra de fide instrumentorum inter dilectos

servatum aut ad carnis copulam distinguitur
quia aut scit consanguinitatem vel aliud preceptum
impedimentum inter se et uxorem suam aut cre-
dat aut non primo casu non exigat
sed reddat In secundo si credat ex causa
probabili reddat sed non exigat Si autem
credat ex causa levi vel temeraria red-
dat et si petit et deponat erroneam con-
scienciam ad consilium proprii viri et tunc exigat
ut extra de sententia excommunicationis inquisitioni Nunquid
propter crimen sodomiticum scilicet cum masculus in
masculum vel femina in feminam turpitudi-
nem operatur potest vir uxorem vel econverso dimittere
dicitur sic et dicitur quod sic xxxii q. vii omnes
causationes Item quid si vir cum propria uxore extra
opus operatur Responsio non licet Aug. super ad
xxx q. iii Meretrices quod propter vir uxorem et
uxor virum potest dimittere ut si alter agat
cum altero in membro non naturali scilicet in posteriori
Item quid si aliquis polluit aliquam aliam
quam uxorem propter claustra pudoris vel forte
sic ipsum propriis manibus nunquid potest dimittere
Responsio dicit Aug. quod non credat quod propter hoc
possit dimitti vir vel uxor ut xxxii q.
iiii concordinaria Item nunquid propter voluntatem
fornicandi potest vir vel uxor dimitti Extra
eo. Item quaeritur si vir possit dimittere propter a-
liquam propter fornicationem Responsio quod non est enim
triplex fornicatio scilicet carnis ydolatrie
et quodlibet mortale peccatum propter primam potest etiam
si penitet propter secundam si corrigit se non potest
si tamen vult virum pertrahere ad peccatum potest Extra
unam veram Item propter furtum viri non
potest dimittere uxor ut c. questionem nisi ve-
lit eam inducere ad simile peccatum tunc
potest eum dimittere iudicio ecclesie ut extra c.
gaudemus Item quid si infideles contraxerunt con-
traxerunt cum duabus quarum unam accipio ut-
rumque uxor qua obtinebit Responsio neutram
nisi talis sit altera quod non possit fi-
eri uxor eius tunc obtinebit alteram Item quod
fidelis potest contrahere cum heretica Responsio quod
non debet contrahere cum heretica Responsio non debet
cum ea sicut nec cum apostata Si tamen con-
traxerit matrimonium stabit cum ambo sunt
baptizati Nunquid potest contrahere christiana cum

que dicit fuit se velle recipere baptismum. Ideo quod non quamvis licet ibi sit fides tamen ibi non est fidei sacramentum, extra de presbytero non baptizato c. veniens. Item contra hanc formam contrahens sponsalia vel etiam si mulier clandestine contraxit cum aliquo et ille dicat quod non contraxerat et de facto eam ducat aliam, numquid mulier illa potest contrahere cum alio? Respondeo: credo sine preiudicio quod consulendum est ei quod non contrahat, cum de iure tamen ad plenam certificationem non possit, arg. extra de sponsalibus. Sed quid si iam contraxit? Respondeo: consulendum est ei quod non exigat, sed tamen cum dolore reddat debitum.

Post hoc videndum est quid sit dos et quas causas habeat et in quibus casibus maritus lucratur dotem. Dos est quedam donatio a parte mulieris facta vel facta propter onus matrimonii quod sustinet. Dotis due sunt species: alia profectitia, alia adventitia. Profectitia est que a patre pro filia vel ab avo pro nepote de bonis eorum datur, vel quam alius eorum mandato dat, ff. de iure dotis, profectitia. Adventitia dicitur quo ipsa mulier praestat vel aliquis filius a patre vel avo, sive sit extraneus sive cognatus, passiva fuerit. Item est que mulier est pro dotem [illegible] et dicitur a parte quod est [illegible] et sua quod est dos quasi [illegible] dote. Donatio propter nuptias est quod sponsus sponse donat, C. de [illegible]. Lucratur autem maritus dotem sed propter adulterium amittit [illegible] propter mulieris adulterium mulier dotem amittit, C. [illegible]. Nota quod datur dos vel amittitur, sed donatio datur mulieri [illegible]. Item si mulier per aliquam licitam causam separatur ab eo et fit divortium inter eos, puta propter consanguinitatem vel affinitatem, tota dos ei reddetur, C. de [illegible] sicut si propter adulterium. Sed quid si mulier amisit dotem per divortium propter adulterium et postea approbata [illegible] inter partem et virum separentur omnino, data utique licentia nubendi, numquid mulier potest dotem repetere? Respondeo: Gaufridus dicit quod sic, quia causa non sit [illegible] non fuit

prestito iuramento quia non obligat
iuramentum nisi ad licitum et hone-
stum Unde secure dicere potest nichil
inde scio quia non scit ut homo
sed ut deus vel nichil scio quod tibi
sit revelandum quia dicit Crisostomus de
illo die nemo novit neque angelus
~~neque angelus~~ neque filius subaudi-
endum est quod filius nichil sit ad
revelandum nobis et angelus quod
per confessionem scio nunquam scio quam
quod nescio quia ut homo nescit potest
adhuc apprehendere et aliter revelare
sed debet esse occultum penitus extra de
pe. et re. omnis Ubi dicitur quod penam
sibi in penitentiali iudicio creditum presump-
serit revelare non solum a sacerdota-
li officio deponendum decernimus verum
etiam ad agendam perpetuam penitentiam
in artum monasterium detrudendum Notandum
tamen quod canones lati contra revelatores
confessionis non extenduntur nisi ad
peccata iam commissa et non committenda
quia si quis confitetur quod vel-
let occidere hominem vel malum aliquod
sacerdos non tenetur omnino celare sed
tali persone revelare posset quod per de-
se precavere posset qua obesse consilium
dubium quod hoc xxij. q. v. Quod vide-
tur quando neque peccata dimissa redeant
lxvij Responsio omnibus opinionibus exclusis dicas
quod redeunt simpliciter sed debent compu-
tari quoad ingratitudinem et computa-
tantur ut antea Sed nunquid peccata
solis confessa teneatur quis iterum Responsio
dicas quod non ut dicitur de pe. di. i. non ita
neque in casibus repetita est con-
fessione quando casus est sacerdos
cui confessus imperitus est tunc debet iterum
confiteri perito secundo propter temptacionem satis-
factionis ut de pe. di. vj. sed apud tercio
per enormitatem tunc sacerdos cum debet mit-
tere eum ad superiorem ut opposito sibi
crimine penitentiam sibi imponat extra de off. legat.

Pena revelantis confessionem est
deposicio ab omnibus diebus vite sue
ignominiose peregrinando pergat vel in artum
monasterium ad perpetuam penitentiam detrudatur
de penitentia di. vj. sacerdos

lxv Queritur de generalibus remissionibus
episcopi et aliorum prelatorum superiorum
ad quid prosunt Responsio aliis opinionibus
refutatis dico quod valet sicut sonat
sed cum papa vocatus sit in plenitudinem
potestatis inferiores prelati in partem sollicitudi-
nis ut extra de usu pallii ad honorem
quorum est contra potestatem eorum aliquid
disputare Nota quod pro quolibet morta-
li duplex pena debetur scilicet temporalis et
eterna eterna remittitur per contritionem
cordis et remanet temporalis pro qua ad
eam expurgandam de penitentia di. i. Si
penam Si aliquis contritus est et con-
fessus et papa facit generalem remis-
sionem pro subsidio terre ~~sancte~~ sicut vel
hoc si quis facit elemosinam eius
pia et katholica devocione propter
sumptus et proinde illud accidit quod anima
solvens se propter tam erit solutus et in
celis valet sibi tunc elemosina
et bona premia solvendas et hoc
fit duo scilicet propter devotam erogacionem
ipsius et totam causam et suffragantur
ei valent etiam ad diminucionem pec-
cati valent etiam peccatori existenti
in mortali efficiunt opera devocione
et gratie operacionem ita omne bonum
quod facit in vita ista prodest ei ad
vitam eternam promerendam vel saltem adminu-
endum supplicium sed eundum vel ad gratie
operacionem de pe. di. iij. voluntarie

lxviii

Nota quilibet dicat remitto tibi unum
de pena tibi iniuncta, sensus est tanto minus
punieris in purgatorio quanto minus esses
puniendus si uno anno egisses penitentiam
tibi iniunctam. Sed numquid per huiusmodi suf-
fragia et elemosinas quas pro certis
remissionibus aliqui pro animabus parentum
faciunt vel aliorum defunctorum liberantur
tales de purgatorio. Credo quod ipsum
contineatur in ipsis literis remissionis. Item
credo quod magis ille qui dum vixe-
runt quod meruerunt de tali caritate
discesserunt quam de remissionibus pape et
aliorum episcoporum scilicet quo ad suos subditos
quo ad alios vero valebit tamquam simplex
elemosina extra c. quod autem. Numquid si hos
clerici qui suffragantur pro isto sunt
in mortali numquid valebunt ista suf-
fragia. Videtur quod non quia peccatores non
audit deus. Respondeo et dico quod valent / tamen
sunt de ecclesia que de [illegible] retinet
efficaciam scilicet virtus verborum virtus sacramentorum
et de [illegible] ecclesie quia si tota multitudo
ecclesie esset in mortali tamen ista valent. Item
pro quibus sicut de pe. d. i. c. [illegible] Item
numquid episcopi et alii prelati possunt sibi
eligere confessores preter sui superioris
licentiam. Respondeo quod domini tamen discretum et hoc de
pro electione prime [illegible] minuet aliorum
extra c. pro electione. Aliis autem clericis
non licet. Numquid plebani possunt committere
suis capellanis vel aliis sacerdo-
tibus quos intus vocant de populo ut
audiant confessiones. Respondeo ubi talis
est consuetudo quam episcopus sciat et
tollerat possunt quod sic et consuetudo cum
consensu tacito episcopi talibus dat iurisdicti-
onem. Secus vero. Quidam tamen dicunt quod quod
melius possunt si sine expressa licentia episcopi
et istud tutius est. Unde consulendum
est eis quod semper quamvis licentiam obtineant.
Item secundo [illegible] ut sacerdos unius
ville possit absolvere sacerdotem alterius
ville a mortali. Dicitur si clericus qui
beneficiatus unum recepit aliud utrum
subditus primi beneficii possit absol-
vere respondetur libro 3° de prebendis et dignitatibus.
Numquid aliquis de articulo [illegible]
tenetur confiteri generaliter vel specificate. Respondeo
quod non sed contineatur et confiteatur
de quo generaliter. Item numquid excommunicatus
non possit aliquem absolvere.
Respondeo quod non. Secus vero. Numquid no-
torius fornicator potest absolvere ali-
quem. Respondeo quod non extra de cohabitatione cle-
ricorum et mulierum. Dicitur utrum sacerdos potest
illam absolvere cum qua peccat scelere.
Respondeo non de causa absolvere a quo est
[illegible] si tamen absolvit
absolutus est. Secus vero bona fide et vero.
Numquid unus sacerdos potest audire
confessiones et alium absolvere.
Respondeo quod non quia sententia quia non
est dimidiandum. Secus vero. Numquid
sacerdos tenetur confitenti ad memo-
riam revocare peccatum quod scit vel
audivit de eo. Respondeo quod sic si credit pec-
catum esse ut penitens non confitetur.
Secus vero. Numquid plebanus
tacens de perdimento de [illegible]
subditorum tenetur ei revelare. Respondeo si
in perdimentum potest probari tenetur
si autem non potest probari non tenetur nisi
[illegible] probare quod velint acquiescere
consiliis bonorum tunc bene tenetur.
Secus vero. Numquid de illis qui confi-
tentur peccata sua et non volunt ea di-
mittere numquid est absolvendus.
Respondeo quod non quia talis irrisor est
et non penitens de pe. d. iii. irrisor
debet tamen confessor confessiones
illius audire et ad penitentiam exhor-
tari extra c. L. quod quidam et
debet dicere super tale impetrat tu

et in indulgenciis et absolucionibus quia que
dicuntur per modum oracionis sed non debet
dici auctoritate qua sacerdos absolvis quia
tunc talem non posset absolvere unde
male faciunt qui tales simplices admo-
nent magis super eos dicendo quia
peior per dictum facto et sine verbis prae-
tacta eorum quantum ad cautelas quicumque lxix
faciunt videntur. Quid si aliquis
penitet de peccatis et dicit quod non pos-
sit eam facere que ei iniungitur
numquid absolvendus est. Respondeo sacerdos
debet tali dicere quod habeat propositum sa-
tisfaciendi et sic absolvat
eum. Quid vero ~~quid~~ faciat sacerdos
si habeat subditos mutos et surdos.
Respondeo quod instruat eos per signa vel
scripta ad contricionem et sic non im-
putabitur ei secundum Ray. Numquid in articulo lxx
mortis in ultima infirmitate imponenda
est penitentia. Respondeo non est imponenda
sed innotescenda et debet dicere sa-
cerdos talem penitentiam deberes tu su-
stinere sed quia non impono tibi
quia non potes eam modo implere sed
si convalueris venias ad me et uta-
ris consilio meo secundum Baldum. Et quid
si aliquis audierit aliquem in fine
in loco tali ad quem postea redire non possit
quomodo posset talem penitentiam debere
scire si sanus esset dicat non
iniungo tibi pro isto tempore sed si
convalueris debes talem penitentiam agere.
Numquid peccat mortaliter revelans
confessionem. Respondeo quod sic. Extra de penitentia c. om-
nis. Numquid sacerdos tenetur celare
quod recepit in confessione quod tamen
non est peccatum. Respondeo quod sic secundum fratrem Io.
Quid si aliquis dicat sacerdoti
extra confessionem aliquid sub tali forma
dicens ista dico tibi sub sigillo confes-
sionis numquid tenetur celare. Respondeo
quod non debet aliqua recipere verumtamen
si facit tenetur celare ac si re-
cepisset in confessione secundum Io.

qui non est sacerdos secundum fratrem Ioh.
Quid si aliquid audivi in confessione
et postea extra confessionem quod scio quod
fuisti prius confessus et tu scias ut
possim revelare numquid teneor celare.
Respondeo quod sic ac si recepissem in confessione
secundum fratrem Io. Quid si sacerdos sciat inter
aliquos contractam affinitatem per coitum
fornicatorium et illi volunt copulari.
Respondeo sacerdos debet illi cui confessus est
dissuadere ne tale contrahat. Si autem
non vult consentire sed petit sibi ad
copulam ponat vicarium sive nota
tunc eos coniungat et sic non peccat
quia magis videtur pati quam agere secundum
fratrem Io. Numquid episcopi possunt dare
indulgencias in aliqua aliena
diocesi. Respondeo quod non nisi ex licencia illius
episcopi diocesis. Extra c. cum ex eo. Et non
debent dare nisi annum. Respondeo licet non de-
beat plus dare quam annum si tamen
plus dant tamen indulgencie quod non
addit ibi quod si secus fecerit decernimus
non valere et dicit vero hec clausula
non est ponitur in mandato licet stat
contra mandatum tenet quod factum est extra
de prebendis silet si. ~~Quid~~ Quid si datur
indulgencia annualis tunc qui dat
debet ... indulgenciam annualem
numquid si sunt iniuncta ei penitencia
septennis liberabit dando vij denarium
Respondeo dicit quod si confessor iniungit
penitentiam tali modo ut redimatur in parte
vel in toto tunc valet indulgencia ad
relaxacionem penitencie aliter non. Extra c. quod
autem. ~~sed~~ Hostiensis dicit quod talis debeat
non tenetur facere penitentiam sibi iniunctam
quia per eius gratiam dei indulgencia eadem
si discreta sit eius satisfacit
~~[illegible]~~ cumulat. Extra c. cum ex eo.
tamen quia nescit utrum sacerdos
iniungit sibi debitam penitentiam finaliter

est quod quinquagenam indulgentiam facit in futurum hec Hostiensis consilio ergo quod homo tali de indulgentia non utatur pro qua vita sua reservat eam de purgatorio. Secundum est de [illegible] que dicuntur. Queritur si lxxvii vult de se facere aliquam penitentiam magis liberabitur si vult alia faciat pro eo. Respondeo quod sic si hoc fiat auctoritate sacerdotis qui debet considerare duo scilicet debitam dispositionem [illegible] et quod de uno sit persona et de alio indigentia et utriusque caritas. Potest debitam proportionem scilicet ut minor pena in maiorem commutetur quia plus satisfacit pena propria secundum quam aliena secundum Bonaventuram. Ex quo patet quod una vice potest ut [illegible] pro alia. Queritur lxxx si unus sacerdos potest commutare penitentiam alteri iniunctam ab alio sacerdote. Respondeo quod sic [illegible] et propter eam hec regula. Item queritur si inferior sacerdos potest commutare penitentiam iniunctam ab episcopo. Respondeo si penitentia fuit iniuncta in tali casu qui spectat ad episcopum sacerdos inferior non potest commutare. Si autem fuit casus de quo sacerdos ab initio potuit absolvere tunc potest penitentiam commutare nisi episcopus reservaverit sibi commutationem et quod sacerdos vult mutare penitentiam de penitentis [illegible] confiteri peccatum pro quo penitentia sibi fuit imposita. Item queritur si aliquis accepit crucem pro omnibus peccatis suis ut vadat ad terram sanctam si moriatur antequam iter inceperit habebit indulgentiam omnium peccatorum. Respondeo credo quod ex sola susceptione crucis et proposito eundi non habebit indulgentiam peccatorum nisi quantitas contritionis et devotionis hoc mereatur nisi expressum esset in forma indulgentie quod ex sola susceptione quis indulgentiam omnium peccatorum habebit hoc non. Queritur si ille postquam accepit iter peracto moriatur utrum quid tenebitur ad specialem penitentiam. Respondeo credo quod sic. Item quid tenetur homo confiteri venialia. Respondeo quod non nisi in duobus casibus primo si dubitat utrum sit veniale vel mortale secundo quia propter statutum ecclesie quia omnis adultus tenetur semel ad minus in anno confiteri quia si non habet nisi venialia tenetur ea confiteri ut Bonaventura. Queritur si aliquis fuit confessus uni de ordine predicatorum vel minorum qui ex privilegio possunt audire confessiones utrum tenetur illo anno amplius confiteri proprio sacerdoti. Respondeo si illi privilegiato concessa est licentia a sacerdote tacita vel expressa tunc sacerdos [illegible] suum alteri confitentibus non tenetur isto anno suo sacerdoti confiteri nisi [illegible]. Si autem non habet licentiam sacerdotis sed superioris vel pape vel episcopi tunc tenetur illo anno suo sacerdoti confiteri non illa que confessus est sed alia que post ea commisit et hoc si sacerdos sit ydoneus et hoc exigat. Hec Bonaventura.

Nota quod quidam casus pertinent ad episcopum quia sibi eos reservavit quedam ex consuetudine ut [illegible] sortilegia de corpore Christi quidam de iure qui et quis sunt [illegible] primus est sollempnis penitentie [illegible] secundum sollempnis penitentie reconciliatio de iure [illegible] ut habetur [illegible]. Secundus absolutio ab excommunicatione lata ab episcopo xxxiij q. vj quod autem. Tertius [illegible] commutatio que debet [illegible] vaga restitutio scilicet quod ignorant [illegible] pro [illegible] to tamen si episcopus non potest haberi [illegible] quod consilio discreti sacerdotis possit in pias causas erogari [illegible] [illegible] absolutio incendiarijs. Septimus mutilatoris absolucio membrorum de xiiij duobus dictum proximum quod vult. Octava absolucio homicide. Nonus quando crimen est publicum et publica penitencia est imponenda de casu quando in versibus irregularitas contracta. Arguitur extra v. placet. Undecimus de violatis immunitate cimiteriorum et latorum pacis. Duodecimus de spoliantibus monialibus et isti duo casus sunt locales in alimania tantum in qua episcopi velantes moniales et consecrantes cimiteria et loca sacra tulerunt sententiam eo.

Nota quod vii sunt casus extra illos a quibus solus papa absolvit. Primus in falsarijs litterarum apostolicarum qui emi falsant litteras pape vel faciunt eis utuntur falsis vel defendunt falsarios excommunicati sunt a papa absolvendi extra de falsis dura. c. c. ad falsarios. Secundus de incendiarijs locorum sacrorum qui ante denunciacionem possunt absolui ab episcopo sed post debent absolui a papa extra de sen. ex. c. tua nos. Tercius de fractoribus ecclesiarum qui post denunciacionem debent absolui a papa extra de sen. ex. c. conquesti. Quartus de excommunicatis in communione excommunicantes papa qui eum cum excommunicato tunc excommunicatus est maiori excommunicatione. Vel debet absolui ab eo qui tulit sententiam sed quia difficile est ei adire excommunicatorem potest absolui ab episcopo vel proprio sacerdote prestito iuramento quod parebit mandato excommunicatoris. Si non communicat in osculo vel in oratione potest absolui a proprio sacerdote extra de sen. ex. c. significavit. Sed grauiter et hoste sed vero et vo et communicat intelligitur quando communicat eis in crimine vel quando sunt excommunicati cum participibus sibi. Sextus de illis qui dant licenciam alicui celebrandi eis qui sententiam aliquam contra aliquem privilegiatum quemcumque eius pretextu quod sententiam excommunicacionis suspensionis vel interdicti sunt contra aliquem privilegiata licencia dederunt alicui celebrandi vel capitulo seu celebrandi in domibus vel personis suis vel suorum eos qui illos sententias protulerit vel quorum occasione prolate sunt. Vel si propter licenciam ipsorum bona ipsorum oblata sunt nisi ipsis bona infra viii dies sunt restituta aut satisfactio facta ipso facto excommunicati sunt omnes qui dant licenciam utuntur vel qui alijs committunt et si permanserint in hac sententia per duos menses non possunt absolui nisi a papa extra de sen. ex. quicumque gre. x. Septimus de verberantibus clericum vel quemcumque religiosum vel mandantibus verberari qui non possunt absolui nisi a papa vel eius legato nisi in xiiij casibus quos ponit extra de sen. ex.

Nota quod sigillum confessionis frangitur dupliciter scilicet directe et indirecte. Dupliciter commendando vel vituperando. Vituperando scilicet personam confessam. Commendando dupliciter quia propria persona vel aliena. In propria ut quando aliqua confessa de adulterio si sacerdos commendat eam coram viro suo de innocentia et illa postea habet tunc odium et tacet et ita vituperat eam tacendo et sic frangitur sigillum confessionis. In persona aliena de duobus de quibus est una opinio et postea quando confessi sunt confessor commendat unum et tacet de alio et ita tacendo vituperat ut supra. Directe frangitur dupliciter scilicet specificando personam sic illum audivi et malus est vel specificando crimen et hoc dupliciter vel cum determinacione temporis ut hodie audivi homicidam et cetera posuit quod forte non audivit nisi unum

vel sine et in mutatione temporis ut qui-
cumque audivit confessionem et sic non prodit
vel specificando personam et crimen et sic
plane prodit secundum notata de his casibus tenetur
absolvendus iurare se similia non facturum
Item quod quis absolvitur ab excommunicatione
extra de sententia excommunicationis capitulo Item intendamus
xxiij q. v. pessima Item hereticus ex-
tra de pe. in sollicitudine. Item quilibet
in neglegendo tenere xxiij q. iij. de iure

Quid de sacerdote qui furtim quemlibet excommu-
nicatum absolvit absentem et ignorantem
et sine satisfactione utrum valet
huiusmodi absolutio. Responsio: si talis absolutus
est, est absolutus sed debet gerere se pro
excommunicato donec certus sit se esse ab-
solutum. Peccat tamen sacerdos qui ta-
liter absolvit quia absolutio non sit im-
pendenda nisi penitenti et petenti ex-
communicato vel facta satisfactione vel promis-
sa. Quid de iudice qui dat licentiam ali-
cui communicandi cum illo quem excommunicavit
cum excommunicatis sibi utrum valent
huiusmodi licentie utrum debet dari sine consensu
illorum a quibus sunt huiusmodi sententie late.
Responsio: huiusmodi licentie possunt continere errorem
expressum ut si concedat interdicto divina
celebrare in loco ante interdicto non suspen-
sa sententia interdicti. Vel communicare ~~interdicto~~
excommunicato cum suis participantibus non re-
vocata sententia huiusmodi licet non valent.
Si autem interdictor intendat suspendere
interdictum quo ad tempus et locum in quo
ille celebravit vel revocat sententiam la-
tam in participantes quantum ad personam quam
licentiat tunc valent non debent tamen
fieri in occulto propter ignorantes causam. Cle-
mentina autem non sunt faciende sine le-
gittima causa et sine consensu illorum a quibus
late sunt sententie. Tenent tamen huiusmodi licentie
et suspensiones interdictorum et renovationes excom-
municationum quamvis de iure sic fieri non debeat
ex toto subiectus esset officio suo quo ad talem
illam amovere. Responsio: excommunicatione qui erit

participando cum excommunicato non posset in-
ter aliquem excipere quia non est
sententia canonis sed iudicis

Nunquid magister incidit sententiam excommuni-
cationis si percutiat in ira scolarem
vel clericum. Responsio: quod non si fiat causa
correctionis et ex proposito nisi excedat
modum tunc secundum Hostiensem incidit. Quid si
principalis magister prohibeat submagistro
ne percutiat utrum ille percutiens in-
cidit in canonem. Responsio: quod non si cum correctione
fecit ut supra. Nunquid pro percuti-
endo filium divitis famulum magister clericum
incidit in canonem. Responsio: quod non si sint
in minoribus ordinibus. Si non sit de ma-
ioribus puto quod non incidit extra de c.
cum voluntate. Quid si magister percu-
tit scolarem in maioribus ordinibus.
Responsio: si facit cum correctione non incidit
in canonem. Quid si non advertit de correc-
tione et cum percutit utrum incurrit
in canonem. Responsio: quod non quia si non advertit
actu tamen habitu advertit. Quid si
aliquis actu videt clericum osculari
vel amplecti uxorem suam vel sororem si
ad opus carnis utrum percutiens
incidit in canonem. Responsio: quod non si tamen
non in loco suspecto sed publice clericum
amplecteretur vel oscularetur et quemadmodum
sicut fit in ludo tunc percutiens in-
cidit in canonem. Quid si vir clericum turpiter
agentem cum uxore occidit vel contumeliose vol-
nerat utrum incidit in canonem. Responsio: Hostiensis
dicit quod sic. Sed alii dicunt quod non quia
decretum ... si non non distinguit
inter atrocem et atrocem et pene non
concedit ista opinio magis placet.
Quid de illo qui procurat ut uxor
vocet clericum ad turpem actum et sic
vocatum percutit. Responsio: Hostiensis dicit quod clericus vocatus
et percutiens incidit in canonem. Quid si
mulier cum baculo percutit clericum in caput

in praedicamento eam perpetuo sine percussione R(esponsio) si solum libidinem impedit eam credo quod incidit. Si autem tangit contra vitam turpiter cum virum velit velit contrahere et illa zelo castitatis defendendo se percutiat non credo quod incidit, tutum tamen est ut ab episcopo se faciat absolvi ad cautelam. Item quid si aliquis percutit clericum turpiter agentem cum filia filie sue? R(esponsio) quidam dicunt quod incidit canonem quia decretalis excipit tantum quattuor personas scilicet matrem filiam uxorem et sororem. Alii dicunt quod non quia per istam comprehenduntur omnes persone ascendentes per filiam persone descendentes ita dicit Innocentius. Sed affines et collaterales descendentes non extendit illa decretalis. Hec Hostiensis. Item quid si clericus aliquis spuit super clericum vel perfundit aqua vel oleo iniuriose incidit in canonem? R(esponsio) quod non secundum Gaufredum. Item quid si rupit omnes vestes vel aufert violenter? R(esponsio) incidit in canonem. Hec Raymundus. Hec intellige si coherebant ei, aliter si pendent in pertica et totas disrumpet non incidit. Item si accipiat eum per capucium vel per barbam et dicat nisi esses clericus percuterem te? R(esponsio) si facit hoc animo iniuriandi incidit in canonem, aliter non. Item quid de illo qui in ludo gerit percussus a clerico et ex post mortuus fuit deliberatione animo vindicandi se gerit recepit? R(esponsio) credo quod quando cum ira et libidine vindicte et non iocosa levitate repercutit quod incidit in canonem. Si autem non intendit se vindicare sed ex quadam surreptione sic percutit tunc non incidit. Vel illa levia incidit qui iocose percussus a clerico in ludo repercutit eum eadem levitate dum tamen faciat iocosa levitate. Item quid si aliquis clerico auferenti vestes suas auferat ei animo violandi? R(esponsio) si auferat ei dum esset vel est in asportando et antequam veniat desinat non incidit in canonem. Si autem aufert ei postquam venit ad locum destinatum et adeptus est possessionem rerum illarum tunc procedit. Item numquid incidit in canonem si aliquis volens ledere clericum persequitur eum et clericus fugiens ~~frangit~~ cadit et ledit seipsum? R(esponsio) quod non secundum Hostiensem. Si autem sic fugiens propter metum precipitaret se et sic lederetur tunc persequens esset excommunicatus sicut idem Hostiensis dicit. Item quid si claudit eum in domo vel incarcerat? R(esponsio) incidit in canonem secundum Raymundum. Si non in domo vel in claustro obsident ne exiret propter obsidentes non essent excommunicati licet clerico fiat iniuria ita dicit Innocentius. Item numquid incidit in canonem qui repellendo vim vi absque moderamine percutit clericum? R(esponsio) quod non per q. iij. non inferendo. Item quid si credens verberare clericum percutit ~~clericum~~ laicum numquid incidit in canonem? R(esponsio) quod non. Hec Raymundus. Item quid si credens verberare ~~clericum~~ laicum percutit clericum? R(esponsio) si errat in persona vel intendit clericum verberare non incidit nisi crassa sit ignorantia ut si eum videt in habitu clericali. Hec Hostiensis. Item quid de illo qui mandavit verberare clericum et antequam clericus ~~verbe~~ percutiatur penitet? R(esponsio) secundum Raymundum si penitet antequam audiat revocationem mandator incidit. Si non postquam scivit revocationem non incidit secundum Hostiensem et si penitet eum ante verberationem et revocat faciens quod potuit sine ad illum pervenit non incidit. Item quid de illo qui dicit animo velle vindicari de tali clerico et civis illi propter verba ista verberant clericum? R(esponsio) si protulit verba illa animo provocandi eos ad verberandum incidit in canonem. Hec Hostiensis. Item quid si episcopus vel sacerdos dat alicui licentiam absolvendi de omnibus excommunicationibus quas tulit in sua diocesi vel parochialis generalis. Item numquid poterit absolvere excommunicatum ab eo cum absolucionem non commisit in casu speciali quod excommunicatus erat propter dampnum illatum ecclesie. Respondeo si intellexit episcopus uel sacerdos dare michi licenciam de omnibus et hoc michi constiterit credo quod possim eum absoluere. Tamen si satisfacere de dampno non debeo eum absoluere nisi premissa satisfactione prestita uel pacto maxime si suspectum habeam quod post absolucionem non satisfaciet. Quidam si suspectus de non soluendo post absolucionem est sub condicione absolutus ut dicat si satisfeceris. Respondeo licet sub condicione possit fieri sententia excommunicationis ut extra de sententia excommunicationis c. a nobis, non tamen absolucio facienda est sub condicione futuri euentus quia talis absolutus non est simpliciter absolutus. Unde si gerere debet pro absoluto tum pendeat de futuro euentu. Quidam si dicat iudex contradicto vnum excommunicatis duobus uel excommunico numquid valet sententia. Quinque respondeo credo quod ille de quo intellexit iudex sit excommunicatus si tamen non potest sciri de quo intellexit licet dicat Vitalis. Si autem vaga est contencio uel magis se referens ad vnum quam ad alium eundem intendat utrumque ligare sed alterum tantum licet est ligatus neuter scilicet sententia. Quidam si dicat iudex excommunico te et absoluo. Respondeo si voluit iudex excommunicare et absoluere simul non potuit et nichil egit. Si autem voluit primo excommunicare et postea absoluere utrumque valet scilicet sententia. Quidam de duobus iudicibus quibus mandatum est ut alter contra alterum excommunicet et uterque eodem momento dicit excommunico te si ille te non excommunicat. Respondeo [illegible] ff. [illegible] tenet glossa quod uterque excommunicat quia securius est quia nescio utrum te ille excommunicet an non. Ideo excommunico te. Quidam numquid possum absoluere aliquem michi confitentem tamen existentem alterius partis aliorum plurium

Respondeo quod sic. Quidam si episcopus mandat sacerdoti quod denunciet talem magistrum uel scolarem teneatur eum vitare. Respondeo quod sic. Si autem mandaret quod eum excommunicaret non tenetur eum vitare donec eum excommunicauerit. Hec Ro. Quidam numquid teneor vitare clericum qui notorius fornicator uel eius concubinam. Respondeo quantum ad missam tamen audiendam non dicat ut extra de cohabitacione clericorum c. uel nullus audiat et c. preterea et di. lxxxii si qui sunt presbiteri. Tamen non teneor eum vitare nisi sint excommunicati.

lxxxiiii Quidam numquid excommunicatus potest intrare ecclesiam cum tempore quo non celebratur. Respondeo quod sic sed peccat si ingerendo quandoque. Hec Ro. Quidam numquid teneor vitare eum qui percussit clericum et composuit cum eo. Respondeo quod sic quia dum non est absolutus. Hec Ray. Quidam si tamen esset in via eundi ad curiam. Respondeo vitare eum non teneor contra eos qui sperent ad viam quod possunt eum recipere hospicio et vendere victualia. Hec Ro. Sed de aliis teneor eum vitare. Hec Ray. Quidam numquid excommunicatus potest intrare ecclesiam cum predicatur. Respondeo Ro. dicit quod sic si vult abesse ut extra e. c. responso et dicit quod aliqui predicatores possunt predicare excommunicatis extra ecclesiam tamen non intra sed Innocentius plane dicit contrarium super isto decreto extra e. c. responso. Ubi dicit nobile est quod ad predicacionem eciam excommunicati intrant ecclesiam dummodo nullum diuinum officium agatur. Unde colat aliter qui extra ecclesiam talibus non intrare predicare velint. Quidam numquid contra iusta sententia a iudice lata ligat. Respondeo quod in facie ecclesie. Fallit tamen hoc in tribus casibus. Primus si feratur sententia post appellacionem legitime interpositam extra e. c. per tuas. 2us si intollerabilem errorem contineat ii. q. c. 3us si excedat quis iudex in excommunicatione potestatem et argumentum quod si non paret excommunicatur extra de officio delegati pastoralis cum ad quorundam. Item cum quis sub pot. sic pretextu sedis apostolice et constitutionis ut appellat ut extra de appellationibus ad audientiam. Item si summa feratur ab heretico vel excommunicato maiori xxiiii. q. i. audivimus [illegible].

xxxv ¶ Item quid possum petere elemosinam ab excommunicato. Responsio. Bernardus dicit quod non nisi in necessitate sed Innocentius dicit quod et suadendum est licet ei opus pietatis sed ibi. Item quid potest aliquis absolvi ab excommunicatione invitus. Si autem iuste ut contumacia non debet absolvi invitus. Si tamen fit absolutio non tenet quod quia. Item quid si aliquis incidit in excommunicationem maiorem cuius absolutio spectat ad episcopum numquid ab illa potest absolvi si transeat se ad studium ab episcopo parisiensi. Responsio quidam quod non. Item numquid sacerdos parochialis ligatus sententia excommunicationis a canone non potest absolvere potest a peccatis alios absolvere. Responsio non nisi prius absolutus fuerit ab excommunicatione et extra de his que fiunt a prelatis dicit. Si prelatus non stat quin absolvatur non est in mora petens absolutionem. Ita tamen quod negligentior stat excommunicatus. Potest tamen eundem confessor ab aliis absolvere. Item si quis fecerit plures casus quorum unius spectat ad episcopum potest absolvi a simplici sacerdote ab aliis petere et mittatur ad episcopum pro eius quod spectat ad eum. Item quid si plures aliquis est excommunicationibus numquid potest absolvi una absolutione. Responsio quidam dicunt si in canonem late sententie ab uno. Si autem admisit plures erunt absolutiones et ultima confirmat precedentes. Item quid si aliquis sacerdos absolvit aliquem quem non potuit absolvere quod fiet. Responsio debet eum certificare et dicere quod se faciat absolvere ab eo qui habet auctoritatem si habet copiam illius si non rogat eum ut absolutionem suam ratificet quod hoc. Item numquid unus sacerdos potest absolvere aliquem a summa quam alius tulit. Responsio quidam non quia excommunicatus debet absolvi ab excommunicatore vel eius superiore extra de officio c. nuper.

xxxvi Item numquid simplex sacerdos potest absolvere scolares percussores qui percutiunt acolitos. Responsio quod non quia absolutio eorum spectat ad episcopum extra eodem c. pervenit. Nisi episcopus committeret alicui suam auctoritatem de quo ca. Item numquid excommunicato licet stare extra ecclesiam ad audiendum divina. Responsio quod non quia cum non liceat interdicto extra de pe. et re. quod iuste. Item quid si excommunicatus stat ad ecclesiam numquid clericus potest celebrare. Responsio quod non immo debet puniri si faciat ac si esset in ecclesia quod et Innocentius et Hostiensis extra c. nuper. Sed quid facient laici in hoc casu. Responsio si excommunicatus audit foris divina illi qui sunt in ecclesia debent exire quod Innocentius et Hostiensis extra c. nuper. Et nota quod confessor absolvit ab excommunicatione et a peccatis. Et debet absolvere ab excommunicatione sicut dominus absolvit te a vinculis et a vitiis et a peccatis.

Excommunicatio est a communione separatio xi. q. iii. Engeltrudam. Vel excommunicatio est aliena communionis exclusio. Species excommunicationis sunt due. Una que separat a sacramentis et a communione ecclesie et a fidelium communione et hec dicitur maior excommunicatio vel anathema. Alia a sacramentis tantum et hec dicitur minor. De utraque dicitur xi. q. iii. Engeltrudam. Item queritur quot modis excommunicatio [illegible] contrahitur excommunicatio maior. Primo cum quis incidit in canonem late sententie ut [illegible]. Secundo cum quis fingit nova canonum. Tertio cum quis est receptor et defensor hereticorum. Quarto cum quis assistit curie Rome non receptus et ei obediens. Responsio cum quis violat clericum monachum vel monialem vel aliam religiosam personam et hoc percussionem ad excommunicationes extra c. quanto per processus excommunicationis in [illegible] cooperatione per suasionem, instigationem et prestando auxilium

auxilium quia timet pati penam puniuntur et facientes et consentientes, extra de offi. dele. c. i. Quid si ego contra potestatem video quod aliquis verberat clericum, me non consensu et auxilio non credo quod sim excommunicatus si non prohibeo, licet aliquas forte possem, quia ipsum non defendo cum possim. Pena enim non debet plus extendi quam de legum appareat. Et si obiciatur illud Ambrosii: pasce fame morientem, quia si non pavisti occidisti, hoc intelligendum est de iste de illo qui habet potestatem quam sunt in illos ad quos tenetur, alias consentire videntur. Et potestate autem si videt et non prohibet ut dictum est. Vi° cum consules civitatum vel alii rectores qui sunt potestatem faciunt collectas et exactiones indebitas clericis et ecclesias non debent absolvi nisi satisfaciant, extra de immunitate ecclesiarum, non minus. VII cum quis incendit ecclesias. VIII cum frangit eas vel intus committit aliquid enorme rapiendo corpus Christi de altari, destruendo altare vel frangendo cruces et similia, extra c. conquesti. Unde Gofredus quod ipso iure sunt excommunicati tamquam sacrilegi, quod verum est de violatoribus ut dicta lia scilicet incendiariis et effractoribus. Alii violatores non sunt ipso iure excommunicati sed excommunicandi ut dicit Innocentius in summa illa decretali, extra c. conquesti. IX cum quis electus in papam a minori parte cardinalium quam duorum gerit se pro apostolico. X° cum falsis litteris domini pape utitur scienter. XI cum quis defert arma sarracenis ad impugnandum sarracenos. XII cum quis magister vel scolaris in civitate Bononiensi tractat cum Bononiensibus de conductione hospiciorum inrequisitis inquilinis. XIII cum monachi canonici regulares archidiaconi prepositi decani vel non presbiteri

leges vel physicam audiunt, extra ne clerici vel monachi super specula. Sunt et alii casus quidam recipiunt quorum non unus de eo qui communicat excommunicato a canone in crimine communicat qui impendit consilium auxilium favorem et eum defendendo quod est excommunicatio prohibendo hodie non ipso iure, extra c. nuper e. t. si concubine. Sola cum participatione locutionis vel questionis contrahit minorem excommunicationem sicut casibus supradictis maiorem. Aliud de comparantibus circa sagittariam contra christianos. Et addo novum de casibus qui faciunt servari statuta et consuetudines immo potius abusiones introductas contra libertatem ecclesie. Item statuarii et scriptores statutorum. Statuarii dicuntur constituta vel constitutiones. Omnes excommunicati sunt qui consilium et auxilium dederint constituunt contra libertatem ecclesie et illos eadem servari sunt asserendo quod sunt ab ecclesia, extra c. gravem, et sunt excommunicati ipso facto vel melius ipso iure, extra c. noverit. Libertate. Nota quod libertas ecclesie consistit in privilegiis spiritualibus ut de decimis, ut quod ecclesia potest ligare et solvere auctoritate divina et statuta facere de temporalibus, que privilegia dant imperator et reges ecclesiis tam secularibus quam spiritualibus. Qui ergo venit contra libertatem vel privilegium pape vel imperatoris datum ecclesie universali facit contra libertatem et est excommunicatus. Si vero quis venit contra libertatem singulis ecclesiis data non licet facere contra libertatem cuiusvis illius ecclesie. Nota duas regulas. Prima est quicumque verberat clericum vel alium ecclesiasticum pronunciatur excommunicatus. Fallit tamen hoc in aliquibus casibus. Primus cum levia cum bono zelo verberat et causa correctionis, extra eo. per quod sacerdos et quilibet alius habens officium et eorum servientes possunt clericos

in minoribus ordinibus constitutos vel beneficiatos
officiali suo pena [illegible] punire et
compellere de cetera / Ex. e. c. cum voluntate ut
magister / prelatus pro familiares et propri-
quos corrigendos si iocosa levitate quis
percussit Ex. e. super eo et c. veniens
in casus ad convenit tempus agere cum
uxore matre sorore et filia Ex. e. si
quis tempus agente / quod non solum ad
coitum credo esse referendum sed ad am-
plexus et oscula et que preparant se ad
opus carnis et in loco suspecto
secreto si in presentia ludendo quod facit
et si adit vel id est si compleuit
factum et sunt signa talium proximi negocio
quibus constat factum completum vel non in-
adit uxorem [illegible] cum quo vero sit
cum parit eam et hoc permittit occidere
sit in veniente ff. de adulteriis / Secundo
aut ibi dicitur quod patri adultere non viro
permissum est occidere adulterum cum
adultera / et est ratio quia tamen mo-
netur pater tanta plus quam vir tanta
uxor plus cum et minus affectus ac
vincit affectum / quod si in committenti re-
perit se et sua defendendo Ex.
e. si vero et c. contendens / de quo inquirere
plenius de homicidio Item si ignorabat
esse eum clericum / Item cum in veritate sunt
in apostasia post trina amonicione sibi
ab episcopo factam de quo contra de apostatis
Ex. c. mandamus / Item alia sunt quod episcopus
pro percussione clerici non potest absolvere
apud vel eius legato [illegible] cum eis / Primo
non sit in articulo mortis Secundo si quo-
stitutus qui sit interdictus officii sui clericum
non tamen enormiter lesit enormiter
forte committitur lesit / et iste casus
semper excipitur Ex. c. cum ipso / Item
in fine pauperitas vel senio de quo
Ex. c. quod de [illegible] pauperitate quanta ac

aut paupertas exigatur boni viri
taxabit Infirmitas ut si in infirmitas
perpetua vel temporalis ut timeatur de morte
Et non quod omnes incurabiles persone
ceca claudi et similes sint sunt mit-
tendi ad curiam Ex. e. c. i. / Item clau-
strales nisi enormiter lesunt Ex. e. cum
illorum / Item mulieres et que sunt viri
non sunt vel sui Item a magis potiua
constituti etiam minimum delicati Ex. e.
mulieres / quod refertur ad arbitrium episcopi
Item qui leve lesionem clerico intulit
levius lesio arbitrio boni viri limi-
tanda est et licitum est episcopis tales
absolvere Ex. c. pervenit / Enormis le-
sio dicitur quod sit ad sanguinis lesionem seu
effusionem vel membri mutilationem percussionem
non tamen quelibet sanguinis effusio licet cum
aliquis dum clericum percutit offendat
in nare vel unguibus cutem rumpat
et sit sanguinis effusio non videtur enormis
effusio lesio sed tamen de minimo cum tale sit
quod desiderat remedium cirurgie vel aliorum
medicinalium exhibitionem Item si est
capitales inimicitias Item in publicos
Ex. e. de cetero c. primo Item in his casibus
potest absolvi apud episcopum quod duobus tamen
casibus scilicet cum absolvitur in articulo mor-
tis et quod capitales inimicitias in-
rabit quod cessante impedimento ad papam
vel eius legatum accedat mandatum
super talibus accepturus Ex. e. de cetero
[illegible] ipso nunc quod
statim [illegible] patet mortem Item cum quis
committit excommunicationem Item quis quod committit
sacrilegium Item quis quos descendit in
torneamento et [illegible] in notario [illegible]
quod repellimus apostatus non putant
utinam [illegible]
sed de [illegible] quod soli episcopi
possunt anathematizare cum solempnitate

dat cum sacerdotes xii episcopum circumstant et candelas ardentes in manibus teneant quas in conclusione anathematis in terram proiciant et pedibus conculcent. Alii vero prelati qui presunt ecclesiis collegiatis et habent iurisdictionem super suos subditos abbates vel archidiaconi plebani possunt excommunicare maiori excommunicatione sed non ea que solempnis. Inferiores non sacerdotes parochialium ecclesiarum qui non habent iurisdictionem in suos subditos non possunt eos excommunicare maiori excommunicatione nisi quam consuetudo optineat. xi. q. iii. questus.

De absolucione excommunicatorum hoc teneas quod ab excommunicatione sive maiori sive minori lata a iure potest absolvi excommunicatus apud episcopum vel proprium sacerdotem nisi conditor canonis sibi reservaverit absolucionem. Talem reservavit sibi papa absolucionem in quinque casibus. Primus est quis violat clericum qui non potest absolvi nisi per papam vel legatum missum a latere unde papa exceptis casibus supra notatis. Secundus est qui incendit ecclesiam et est denunciatus ab episcopo. Tercius qui frangit ecclesiam et super hoc est denunciatus. Quartus qui falsat litteras domini pape. V. qui scienter participat excommunicatis a papa. VI. qui communicat excommunicatis a papa in crimine maxime. Item si sit sententia excommunicationis contra omnibus et participantibus lata a iure quod si sit a iudice vel a iure sive ab homine cum ex sententia plata ab homine. Ideo dixerunt quidam quod sententia dicitur lata a iure cum sit de futuro generaliter fit excommunicatio dicens quicumque vel qui fecerint. Ab homine vero vel a iudice dicitur cum fertur contumacia vel offensa patrata sive generaliter sive particulariter et excommunico omnes qui hoc faciunt vel eum qui hoc facit. Alii dicunt si sententia a iudice vel ab homine contineat fiat per generalem ut papa vel specialem ut ut legatus vel episcopus et concilium provinciale in provincia aliquid statuerunt in perpetuum et ad perpetuitatem roboraverit et sit excommunicatus omnis ipsorum quicumque ad quem vel ad tempus ibit ultra mare vel torneamenta vel guerras faciunt ita quod non sit statutum perpetuum sed sit de favore vel odium alicuius persone vel personarum. Quinimo sententia non est iuris sed hominis. Quere vero. Excommunicatus minori excommunicatione potest absolvi absque absque materia cautela. Immo de hoc dicit nova decretalis quod nobis collata potestas ut a minori excommunicatione si de ipsarum accidit sed de vite absolvat. Extra c. Duobus. Item dicit Innocentius quod verba auctoritate qua sacerdos absolvo te ab vinculo excommunicationis et spiritualiter ab illo quo ligatus es et restituo te sacramentis ecclesie communioni et cetera. Si qui participant excommunicatis excommunicantur et non sunt excommunicati. Item generaliter ignorantia naturalis? qualitas? crassa vel excommunicati id est si loquitur cum excommunicato de correctione non est excommunicatus. Item propter legem qua uxor alligata est viro. Similiter servus servi et ancilla et rustica qui metuunt non sunt excommunicati si communicant dominis. xi. q. iii. quoniam multos. Item aliquando nisi tales sint quorum auxilio et consilio scelera perpetrantur. Item ignorantia ut si nescio aliquem excommunicatum et non sit crassa et supina ignorancia sed probabilis. Necessitas id est necessarios domesticos ut uxor pueri et filius et illi qui ab eo excepti excipiuntur. xi. q. iii. quoniam multos. Ubi excipiuntur uxor filie ancille servi rustici non forte participant in crimine. Item necessitas adveniendum ut peregrini qui excipiuntur contra sumptum propria excommunicare quod est contra voluntatem. Sed numquid redit excommunicatus ipso iure cessante impedimento? Respondeo dicunt quod excommunicato semel extincta non reviviscit, arg. xxiii q. iiii si illic. Si tamen nollet adimplere mandatum debet iterum excommunicari non absolvi ab ea donec ipse satisfaciet. Sed numquid si archiepiscopus absolvit excommunicatum ab episcopo est absolutus? Respondeo quod non tanquam a suo iudice, extra de off. iu. ord. et de ordi. pastoralis. Secus tamen est de episcopo si absolvit excommunicatum a presbytero, licet facere non debet; si tamen absolvit ipso inrequisito est absolutus, et est iniusta quia ipse est iudex ordinarius tam clericorum quam laicorum in suo episcopatu, xi q. i de persona. Sed quid si sententia iniusta lata fuerit contra aliquem, numquid est respondeo excommunicata sive sit iniusta ex animo i. zelo iustitie sive ex causa sive ex ordine i. non servato ordine iuris i. trino edicto precedente vel uno peremptorio, ligat quo ad ecclesiam militantem dicunt modo si autem iudicium quod fuit super quo intendiorum quod dico propter excommunicatos suspensos hereticos apostatas qui non possunt excommunicare, xxiiii q. i audivimus. Ligat exceptis tribus casibus supra notatis et est consimiles excommunicatus iniuste quod patienter sustinebit propter deum et meritum, alias si contempserit peccat mortaliter. Sed quamdiu stabit ecclesia ut sententia iniusta ligabit? Respondeo ut clamos diu relevantia generaliter et obedientie meritum crescet. Numquid excommunicatus potest aliquo tempore in terra ecclesie et si in terram numquid alii eos excommunicabunt? Respondeo quod excommunicati maiori excommunicatione vel interdicti vel suspensi non tempore debent in terra ecclesie nisi forte super tunc fuerit pro verbo dei vel pro predicationis sermone, arg. xxiiii q. iii vir cum propria. Excommunicatus vero minori excommunicatione non videtur peccare si intravit cum sit remotus a perceptione sacramentorum, ad quod dicunt si contra mandatum eum esse excommunicatum maiori excommunicatione. Si dicit ecclesiam statim debet excipi, xi q. iii sicut apostoli. Si est occultus i. qui sciunt excommunicatum sunt possunt sine scandalo et perdicione aliter non immo sacerdos si decipit missam non cessabit si est occultus. Sed si manifestus est non intrat eum ut exeat si non vult expellet et non debet in ecclesiam admittere canone cessat ab officio, arg. xxiiii q. i de Si autem intrasset et excommunicatus intravit et videt eum sacerdos in canone quo finito ipsum moneat ut exeat, de consecr. d. i. Numquid si ab excommunicato potest accipere elemosinam vel sumi cibos vel comedere in domo eius vel hospitari ipso tamen absente vel celebrare missam in domo eius? Respondeo quod elemosinae possunt ab eis recipi si alias comedere non possunt et etiam usurariorum in tali obolo aliquando. Sed oblationes non debent recipi quia oblationes fiunt in publico in ecclesia, elemosinae in occulto. Sed decime licite accipi possunt quia decime tenentur. Mortuaria autem quod dicitur pata non recipiuntur cum peccatis non sit orandum nec possunt legato et testato legis recipiuntur non cum prohibeantur testari. Si non vult excommunicatus dat elemosinam non manifeste non debet accipere si non nomine suo dat et de quibus legis licet sit de bonis ut deus est. Similiter si dat de portione ipsius contingente licet accipere et non licet in domo eius comedere nisi in necessitate non dormire nisi timeat eum scandalum non possum aquam eius declinare. Numquid excommunicatus potest amplius scire? Respondeo dicunt quod et pro nobis victum apponere sive per cartam sive per diversas. Sed numquid sufficit unica absolutio? Respondeo dicunt quod si ab uno receperunt excommunicationes si autem a diversis plures erunt absolutiones et ultra quam singulariter precedentes quando si sacerdos dicat in quod istud excommunicavit numquid tenetur credere et vitare? Respondeo si dicat de suo parrochiano tenetur ecclesie et viatice. Si autem dicit de alieno non teneor vitare excommunicatum. A qua etate puer incipit incidere canonem. Dic in etate maiori in [illegible] et utrum episcopus possit eum absolvere. Simili modo [illegible] Respondeo dicit quod puer incipit esse doli capax puer in [illegible] et licet [illegible] pubertatis etatis ultra [illegible] Dic [illegible] ab episcopo absolvi non potest si tamen ad [illegible] vel [illegible] sunt [illegible] et [illegible] et quod puer [illegible] adeuntia [illegible] non potest [illegible] temporale impedimentum ab episcopo potest absolvi prestito iuramento quod cum poterit sedi apostolice vel eius legato se presentabit ponere quod moratur [illegible] vel [illegible] se ad aliam causam qui [illegible] sententiam [illegible] tamen post mortem vel recessionem [illegible] quod [illegible] sit excommunicatus et videtur quod sic quia septem [illegible] episcoporum anathematizat post mortem suam et facere potest statutum ut qui contra fecerit [illegible] nulla et Extra de officio delegati c. ult. quod dicit lex quod interdictum non durat ultra iurisdictionem interdicentis. ff. de penis l. ult. Solo dici potest quod interdictum vel sententia excommunicationis [illegible] non durat ultra tempus [illegible] nisi successor confirmet et ratum habeat. Sed tamen diffiniendo statutum vel [illegible] factum ligat etiam post decessum quia statuta talium perpetua sunt. Extra de officio delegati c. ult. nisi [illegible] successore revocentur. Et intelligitur de statutis episcoporum [illegible] et legatorum [illegible] in statutis [illegible] sed [illegible] sententia [illegible] sub conditione ut dicatur si quis [illegible] sit excommunicatus. Respondeo quod sic. Extra [illegible] c. ambitiose [illegible] si diceret [illegible] sub pena excommunicationis tunc pena esset non sententia et esset excommunicandus.

Interdictum est censura ecclesiastica in pena contumatie vel offense prelata arcens a pluribus [illegible] quietis spiritualibus. Et nota quod interdictum generale [illegible] regnum vel provincia interdicto subicitur sed tamen cum civitas castrum vel villa interdicto supponitur generale dicitur. [illegible] de verborum significatione cum in partibus. lxxvii

Fecisti homicidium voluntate sine necessitate, non vindicando parentes, sed propter cupiditatem ut sua tolleres, et cum defensionem(?) fecisti? Si fecisti, xl dies continuos quod vulgus karinam vocat, ita ut quicunque in pane et aqua debes ieiunare, vii annos sequentes sicut canones censent; primum annum per xl dies tantum ab omni vino et medone et mellita cervisia, a moretto et a carne et a sanguine et a caseo et ab omni pingui pisce abstinere debes, nisi in illis festis diebus quae ab omni christianitate celebrantur, et nisi fueris in magno itinere vel in regis hoste vel in aliqua infirmitate. Tunc licet tibi tertiam feriam et quintam feriam redimere uno denario vel pretio unius denarii aut tres pauperes pascendo; tertiam feriam et quintam feriam et sabbatum redimere ita tamen ut unum de illis tribus supradictis utaris, id est, aut vinum bibas aut medonem aut mellitam cervisiam. Postquam dominum venis a iudicatione(?) et restitutus eris(?), non tamen licebit te ... completo anni circulo ecclesiam introducaris et pacis osculum tibi concedatur. Secundo anno et tertio similiter ieiunabis, nisi quod tertiam feriam et quintam feriam et sabbatum potestatem habeas redimendi praedicto pretio. Ad ecclesiam omnia diligenter observes, ut deinceps per singulos quatuor annos observabis tres quadragesimas per legitimas ferias, ieiunando unam ante pascha cum ceteris fratribus.

Alteram ante festivitatem sancti Iohannis baptistae, et si aliquid remanet per caritatem adimpleas; tertiam ante nativitatem domini ab vino, medone, mellita cervisia, in pane et aqua poeniteas, et vii sequentes annos sic observando: per omnem annum tertiam feriam, quintam feriam, sabbatum redimere per singulas denario vel pretio unius denarii vel tres pauperes pascendo; reliquos autem vi annos ita observa sicut de homicidiis sponte commissis constitutum est. Fecisti homicidium in bello iussu legitimi principis qui pro pace certabat, et sic iussit et occidisti tyrannum qui pacem perturbare studuit? iii quadragesimas per legitimas ferias poeniteas. Si aliter actum fuerit, id est sine iussu legitimi principis, ut homicidium sponte commissum poeniteas xl dies cum vii sequentibus annis. Occidisti tu liber iussu domini senioris tui quem mecum(?) ... iussu senioris tui? xl dies in pane et aqua cum vii sequentibus annis poeniteas, et senior tuus similiter, nisi servus sit per ... vel libertus de quo(?) pacem dare(?) faciat. Si servus es et tu servus iussu domini tui occidisti, dominus tuus xl dies, id est karinam, in pane et aqua cum vii sequentibus annis poenitere debet, et tu quadragesimas tres per legitimas ferias, excepto nisi per pacem quae fiet(?). Expoliatus es et homicidium et non fecisti et occisus est homo tuus(?), id est compulsus(?) xl dies, id est karinam, in pane et aqua cum vii sequentibus annis poeniteas. Exploratus es vel spoliasti aliquem et occidisti tu in defensione tui, vel suorum et rerum? xl dies in pane et aqua cum vii sequentibus annis ita observa ut consuetudo est. Fuisti cum aliis qui pugnaverunt contra aliquem in domo sua aut in alterius domo aut in aliqua domo aut in aliquo loco ubi se defendere conabatur, et lapidem contra eum proiecisti aut sagittam aut spiculum ad ipsum cum misisti, et occidere voluisti, et non est actum per te, sed voluntas, cum ab aliis cum quibus contra eum pugnabas occisus est? xl dies in pane et aqua et vii sequentes annos, ita ut consuetudo est. Fecisti parricidium, id est occidisti patrem vel avunculum aut aliquos tales? Si casu non sponte, neque in ira tua perimere voluisti, sed casu evenit, ut homicidium sponte commissum poenitere debes.

paupes

Si autem cum iniustitia et in ira fecisti illud observare debes ut primam quadragesimam continuam ante fores basilice orans deum clementiam precibus. Completo autem continuo quadragesimali termino in angulo ecclesie deum tunc autem spatium septennium firmatur. Septem quibus itaque peractis si prius fuerit communicatus corporis sanguinis domini particeps eris ut non omnibus diebus comparorum carne non manduces omnibus diebus vite tue. Ieiunes autem usque ad vesperum cottidie exceptis diebus festis atque dominicis. Abstineas te autem a vino medone et mellita cervisia tribus diebus in ebdomada. Arma portare non audeas nisi contra paganos et ubique ire volueris nullo vehiculo deducaris sed pedibus propriis pergas. Uxore si habes non separeris si autem non habes non ducas. Contemptus autem prius hoc in episcopi tui est arbitrio ut sic tuam conversationem aut extendat vel minuat valeat. Fecisti homicidium casu ita ut nihil occidere velles sicut vel sine voluntate in ira tua sive virga sive ferro sive cum quocunque flabelli sed simpliciter ibas autem in silvam venatum et feram sagittare volebas et sic in prius te nolente et nesciente hominem percussum occidisti aut si locutus fuisti cum aliquibus aliquid ludendo et aliqua vero sive amicabilia sive quoddam aliud ad vos in ludo aliqua sagitta vel baculo vel lapide percutere voluisti et sic fratrem aut sororem aut aliquem hominem interfecisti aut si stabas in loco publico sive in curia tua sive in alio loco et petram aut proiciebas in illum locum ubi neminem videbas et nulli in considerans eos et cum occidisti aliquem. Aut si aliquis te cogit ut secum luderes et tu fortior fuisti et cum subtus te stravisti aut ipse te et si a suo vel a tuo cultello volutatus est mortuus. Aut si tu operi tuo intentus eras dum in stabulo frater fugat in manum tuam aut fratrem lapsum est de manibus et securum tuum vel aliquem percussit et occisus est si ita est a horum alia aliqua et nulla in mala voluntatem ad supra scriptas predictus personas vel aliquorum similes homicidium fuisti quadraginta dies ita ut consuetudo est ieiunes et quinque sequentes annos peniteas. Abstineas autem ab horum diebus quinque annis intercedit tribunali ita ut in primo anno iam tres ferias tres vero psalmos redimere possis uno denario vel pretio unius denarii vel tres pauperes pascendo et in secundo anno omnes ferias accepta secunda feria qua semper in pane et aqua ieiunare debes. Potestatem redimendi habeas per taxato pretio et reliquos annos observare debes. Si autem cum fratre tuo vel cum socio ibas in silvam ad incidendum arborem et appropinquante casura unius arboris tu dicebas fratri vel socio tuo ut fugeret et ille fugiens sub arbore oppressus est et innocens eius amore te ipsum. Si autem contra incuria tua vel negligentia tua deo id est ipsa arbore alia cadit et tu eum non premonuisti eum in tempore ut providet casuram arboris et sic contra incuria oppressus est et mortuus debes penitere ut homicida sed tu multo levius quam is qui per industriam sponte occidisti. Per amorem tuum vel in consilio fuisti ut occideretur vel aliquo parte corporis tui debilitatus duo consilia proponimus tibi horum duorum quid tibi levius sit elige. Istud unum est reliquum: illud fragile seculum et in gradu monasterio et humiliter sub manu abbatis et cuncta que tibi ab eo fuerint imperata semper servare. Omnino observa secundum consilium tuum arma depone et cuncta secularia negotia dimitte. Sanguinem et carnes omnibus diebus vite tue ne comedas excepto uno die resurrectionis et uno die pentecostes et uno die nativitatis domini. Ceteris temporibus in pane et aqua et mediis leguminibus et oleribus permaneas in vigiliis ieiuniis et orationibus et elemosinis perseveres. Omni tempore vinum et medonem et mellitam cervisiam nunquam bibas nisi in tribus predictis diebus uxore ne dimittas coniugium non contrahas adulterium non facias absque spe coniugii in perpetuum permaneas [illegible] te lavas in balneis equum non ascendas [illegible] tua et alterius de convivio [illegible] non agas in convivio letancium numquam sedeas in ecclesia segregatus ab aliis christianis post hostium humiliter ingredientium et egredientium orationibus semper te commendes. Communione sacri corporis et sanguinis domini cunctis diebus vite tue te indignum te cognoscas. In ultimo autem termino vite tue pro viatico si observaveris consilium ut accipias concedimus. Occidisti vel consilio fuisti ut occideretur presbiter qui presbiter presbiterabat et de ipso vestitu vel habitu erat quo solent illi esse quadraginta karrinam ieiunat. Si fecisti id ipsum debes ieiunare quod ipse [illegible] et hoc totum observa quod retro preceptum est. Fecisti truncationem manuum aut pedum aut oculos tu eruisti aut vulnerasti aliquem per truncationem quia proximum et fratrem tuum debilem et sibi inutilem fecisti nisi pro eo aut per latrocinio sine gratia cum fecisses unum annum per legitimas ferias [illegible] debes penitere. [illegible] aut si quem in et cicatrices deformes fecit eo quod proximum et fratrem tuum deformem reddidisti XL dies in pane et aqua debes penitere. Interfecisti furem aut latronem ubi comprehendi poterat absque occisione et [illegible] fecisti quia ad ymaginem dei creatus et de nomine eius baptizatus et sanguine eius redemptus est XL dies non [illegible] lanea veste [illegible] abstineas et potibus qui interdicti sunt et a thoro et a gladio et ab equitatu in his supradictis diebus te abstineas. [illegible] et [illegible] et [illegible] aliquo [illegible] leguminibus vel oleribus et pomis et parvis pisciculis cum mediocri [illegible] vite et [illegible]. Si autem sine odii meditatione te [illegible] debilitando [illegible] membris interfecisti [illegible] de [illegible] dico propter ymaginem dei si aliquid ieiunare volueris

bonum est et elemosinas largiter faciat. Si presbiter clericus fecerit non deponatur tamen diu quamdiu vivat penitentiam agat. Castrasti aliquem et per istam castrationem occisus est nisi pro pace XL dies in pane et aqua quod carina vocatur cum VII sequentibus annis. Si autem per istam castrationem debilitatus est III quadragesimas per legitimas ferias ieiunare debes. Cepisti aliquem et tradidisti eum in [illegible] locum ubi aut occisus est aut membra eius truncata fuerunt ieiunare debes quantum dictum est quod non ipsa [illegible] eum alteri tradidisti ut vel debilitaretur vel occideretur. Interfecisti tu ipse aut aliquis per tuum consilium aliquem clericum vel deo dicatum aut psalmistam aut hostiarium aut lectorem aut exorcistam aut acolitum aut subdiaconum aut diaconum aut presbiterum? Si fecisti singulos ordines singulos quibus singulariter penitere debes. Ista satisfactio est ut pro psalmista XL dies in pane et aqua id est carina cum VII sequentibus annis peniteas pro acolito similiter pro hostiario similiter pro diacono similiter pro presbitero similiter quia omnes presbiter habet VII ordines quia [illegible] omnibus qui interfecit voluntarie presbiterum ita debet penitere ut VII homicidia sponte commissa et sine pena inquam debet esse. Tamen secundum Wormaciense concilium ita debes penitere. Si presbiterum voluntarie occideris carnem non manduces et vinum non bibas cunctis diebus vite tue ieiunes cottidie usque ad vesperam exceptis diebus festis dominicis arma non feras equum non ascendas ecclesiam per quinquennium non ingrediaris sed ante fores ecclesie stes. Post quinquennium ecclesiam ingrediaris nondum vero communices sed in angulo ecclesie stes vel sedeas. Cum autem fuerint duodecim anni expleti communicandi tibi licentia concedatur et equitandi tribuatur remissio maneas in reliquis observationibus in [illegible] ebdomada ut perfectius purificari merearis. Fecisti parricidium [illegible] XL dies in pane et aqua et VII sequentibus annos observes ut consuetudo est et quamdiu

Vinas omnes sextas ferias in pane et aqua ieiunas et si redimere volueris uno denario vel precio unius denarii vel tres pauperes pascendo potestatem habeas redimendi. Hec penitentialis septimanis incipit. Si quis perpetraverit primo debet omnes res suas vendat et pauperibus distribuat et monasterium vel claustrum ingredi sive secundum dat.

Fecisti periurium sciens et alios ad periurium perduxisti xl dies in pane et aqua id est karinam peniteas et vii sequentes annos ita ut consuetudo est ieiunare debes et tot periuria debes ieiunare quot homines sciens ad periurium duxisti et ipsi sua periuria emendent ut supra notatum est. Si fecerint fecerunt sicut aut leviter.

Fecisti periurium coactus et putasti contra periura tua quam dilexisti corpus plus quam deum xl dies id est karinam in pane et aqua peniteas debes et omnes quintas ferias que sunt in anno aut circulo in pane et aqua et non sextas. Promisisti metrum aut adulterium iuramento si sunt aliquos tibi promisisti quod est ius canonicum est primas irrumpere et frangere in iuramento et id melius et iustius est quam permanere in stupro flagicio aut in aliquo alio malo quia scriptum est iniusta vota frangenda non sunt. Iurasti vel aliquam blasphemiam contra deum usus fuisti si scienter nescius fecisti vii dies in pane et aqua peniteas. Si per hoc vel iurasti patrus fuisti x dies in pane et aqua peniteas. Si per celum et terram sive solem et lunam aut pallam altaris v dies peniteas. Si pacto te obligasti ut ad pacem alicuius dimitti tu non redditus per primo annum unum accipe diu sic segregatus et xl dies in pane et aqua peniteas. Ad carnam vero quod oportet multis patrare celeriter reddi. Si deo promisisti vel iuramento te obstinasti aliquid agere quod deo non placet nisi modo pati penitentiam agere et quod tenere et consistere debes promisisti contentum removetur. Si aliquid te contra aut invasse contigit quod obstinatum ad peiorem lutem capitum iuxta synodalia decreta dicuntur dimittas quam te per maledictionem iuramento ut contra deum est iuravit, seculares furatus es aliquid de ecclesia thesauro id est ceteras sive

aurum sive argentum sive gemmas sive libros sive pallas altaris sive sacerdotalia vestimenta sive vela sive tapeta sive aliquid quod ad ecclesie usum vel dictum est vel fuit. Si fecisti redde quod tulisti et iii quadragesimas cum penitas cum iiii sequentibus annis peniteas. Si ipsas sacras reliquias furatus es et reportatis sacris vii carinas ieiunare debes. Si cum fregisti alicuius pauperis domum per noctem et eius tulisti quadrupedia id est aut equum aut bovem aut alia eius animalia aut fortiorem curam valentem xl solidos primum redde et annum unum per legitimas ferias ~~duos annos~~ peniteas debes. Si non reddis legitimas ferias duos annos peniteas debes. Si maius furtum fecisti magis debes penitere et si sepe fecisti tanto magis agere penitentiam debes. Si parvum furtum fecisti x dies in pane et aqua peniteas debes. Pueri verbis in pane et aqua peniteant. Si rapinam fecisti quinque debes penitere quia maius aliquid est quod pro viribus se videre rapuisti quam quod dormiente vel absente furatus es. Si fecisti furtum necessitatis causa pro dico ut non habes unde vivas propter famis penuriam et tantum furatus es victualia ceteras non quere. Si fecisti redde quod tulisti et tres sextas ferias in pane et aqua peniteas. Si autem reddere non potueris x dies in pane et aqua peniteas. Mechatus es cum uxore alterius non habens uxorem xl dies in pane et aqua quod quadragesime carina vocatur peniteas vii sequentibus annis. Si mechatus tu uxoratus cum alterius uxore quesisti quo vel pro tua libidine duas karinas cum iiii sequentibus annis peniteas debes quia propter tuam uxorem alterius quesisti unum adulterium, quesisti cum alterius uxore aliud adulterium et iniqua debes istiusmodi sive prima. Si solutus ab uxore cum femina vacante stuprum perpetrasti xx dies in pane et aqua peniteas. Si cum propria ancilla solus peniteas. Si dimisisti uxorem tuam et aliam duxisti accipe uxorem priorem et karinam in pane et aqua cum vii sequentibus annis pequia scriptum est quod deus coniunxit homo non separet. Licet uxorem dimittere nisi causa fornicationis, id est si ipsa adulterium cum alio perpetravit, et licet eam dimittere propter fornicationem, sed ita dimittere ut aliam non possit ducere. Sed si postea pacari voluerint permaneant ubi venerint, id est sicut supra aliud dedistis reclamaverit, et postea compacta contra ecclesiam penitentia, id est post peractam penitentiam, si penituerint denuo eos reconcilies. Eadem lex est in muliere adultera: uxor si ipse adulterium perpetravit et si ipsa voluerit propter fornicationem potest maritum dimittere. Eadem ratio quam supra de uxore perpetrante adulterium predictum est. Accepisti uxorem et non fecisti nuptias publice et non venisti ad ecclesiam tu et uxor tua, et non accepistis benedictionem a sacerdote sicut in decalogo nominibus scriptum est, et non dotasti eam dote quantumcumque potuisti sive terra sive pretio vel quod obvenit, tantum ut dotata fuisset? Si non fecisti, iii quadragesimas per legitimas ferias peniteas. Si fecisti fornicationem cum sanctimoniali, id est cum sponsa Christi, xl dies in pane et aqua, id est carrinam, cum vii sequentibus annis peniteas, et quamdiu vivas vi ferias per totas in pane et aqua observes. Si corrupisti virginem et postea eandem suscepisti uxorem, eo quod solas nuptias, quod minus est, violasti, annum unum per legitimas ferias peniteas. Si autem non duxisti eam post corruptionem uxorem, ii annos per legitimas ferias peniteas. Accepisti tibi eam uxorem quam alius sibi desponsatam habuerat? Dimitte eam, quia non potest tibi esse legitima, et xl dies in pane et aqua peniteas, quod carrinam vocant, cum vii sequentibus annis. Rapuisti uxorem ut sive volentibus vel nolentibus parentibus, in quorum mundiburdio tenebatur, eam abduxisti? Si fecisti, reddere eam parentibus debes et carrinam cum sequentibus. Reddita autem eam, numquam canonice tibi coniungitur. Si autem ipsa consentiens non fuit, a duobus licentiam habet nubendi, tu autem xl dies in pane et aqua peniteas cum vii annis sequentibus, et quia legitima coniugia dei precepto sunt ordinata et corporibus, vinculo copule, nisi consensu concurrat, et quia non debet fieri legitimum coniugium nisi ex consensu amborum et parentum, tu contra constitutionem tuam festinasti et violasti sine ipse coniugii manibus. Castigetur ut uxor tua te consensu et voluntate tua alio vir

ipsa autem nolente adulterium perpetravit? Si fecisti, xl dies in pane et aqua et vii annos, unumquemque cum pane et aqua et unquam sine penitentia. Si autem uxor tua contra voluntatem potuit quod tua culpa et tuo iussu se renuente et reluctante adulterata sit, si se continere non potest nubat cui voluerit tantum in domino. Tu autem sine uxore semper in perpetuo permanebis. Illa autem si continere se noluerit, eadem iniungatur que tibi imposita fuit, et sine spe coniugii permaneat. Accepisti uxorem cognatam tuam vel quam cognatus tuus habuit? Separari debes ab ea et penitere uxorem modo cognationis, quia sancti patres et sancta ecclesia statuta inextricabiliter a quadam usque ad numerum quartum generationis diffinierunt. Sed id statuerunt ut nulli christiano liceat de propria consanguinitate seu cognatione uxorem usque dum generationis recordentur aut memoria retinetur, quia scriptum est: Si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit in coniugium duxerit, anathema sit. Quamquam sancte ecclesie quia non est ita et multi sacerdotes illos seducunt dicentes quod de ipso peccato penitentia est et possibilis. Si tu non credis cognatam tuam vel uxorem alterius vel aliquid tale quod licitum non esset, et velles de eo peccato permanere et tenere penitentiam, xl dies in pane et aqua per quadragesimas ad illorum pactum sacerdotis penitentiam et nihil minus valet penitentia quam fecisti, quia id quod dicitur sicut canis qui redit ad vomitum suum et sicut sus ad volutabra sua, ita est et peccator qui reddit ad peccatum suum, confessum quamquam sanctas vel domino de ipso peccato sine penitentia eius, per multa non valet. Concubuisti cum uxore tua vel cum alia ab ea, retro canino more? Si fecisti, x dies in pane et aqua peniteas. Si inquisisti uxorem tuam menstruo tempore, si fecisti, xx dies peniteas. Uxor tua si concitavit et tamen ad sacramentum post partum tot dies peniteas quod ita tacere debuit. Si autem concubuisti in quibus diebus, x dies in pane et aqua peniteas. Concubuisti cum uxore tua post manifestam conceptionem, v dies peniteas. Coinquinatus es cum uxore tua in dominica, iiii dies peniteas vel xxvi solidos in elemosinam dabis.

Si per ebrietatem evenit, xl dies peniteas. Viginti dies ante natale domini et omnes dies dominicos et in omnibus legitimis ieiuniis et in natalitiis apostolorum et in precipuis festis et in publica castitatem debes custodire. Si autem non custodisti, xl dies in pane et aqua peniteas. Fuisti in falso testimonio, ita dico ut testimoniares et confirmares hoc verum esse quod falsum erat, et hoc fecisti propter amorem alicuius sive premium sive propter timorem? Si fecisti, ita debes penitere sicut adulterium et homicidium sponte commissum. Dominus dicit: de corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia; et ideo debent similiter penitere et examinari falsi testes sicut ~~falsus~~ adulter et fur et homicida. Si propter timorem fecisti, id est quia aliquo timore potuisti et membra perdere et vitam et ad ultimum bona tua, tunc dimidie peniteas et [illegible] ne tibi ultimus contingat. Violasti sepulchra, ita dico dum aliquem videres sepeliri et in nocte infringeres sepulchrum et tolleres vestimenta eius? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias peniteas. Consuluisti magos et in domum tuam induxisti exquirendi aliquid arte malefica aut expiandi causa, vel paganorum consuetudinem sequens divinos qui divinarent ut futura ab eis requireres quasi a propheta, et eos qui sortes exercent vel qui per sortes sperant se futura prescire, vel eos qui auguriis vel incantationibus inserviunt ad te invitasti? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias peniteas. Si observasti traditiones paganorum quas quasi hereditario iure diabolo subministrante usque in hos dies semper patres filiis reliquerunt, id est ut elementa coleres, id est lunam aut solem et stellarum cursum, novam lunam aut defectum lune ut tuis clamoribus aut auxilio splendorem eius restaurare valeres, aut illa elementa tibi succurrere possint aut tu illis, aut novam lunam observasti pro domo facienda aut coniugiis sociandis? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias peniteas, quia scriptum est: omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Jesu Christi facite. Observasti kalendas Januarii ritu paganorum, ut vel aliquid plus faceres propter novum annum quam antea soleres facere, ita dico ut aut mensam tuam cum lapidibus vel epulis in domo tua preparares eo tempore, aut per vicos aut per plateas cantores et choros duceres, aut supra tectum domus tue sederes ense tuo circumsignatus ut ibi videres et intelligeres quid tibi in sequenti anno futurum esset, vel in bivio sedisti supra taurinam cutem ut ibi intelligeres futura, vel si panes predicta nocte coquere fecisti tuo nomine ut si bene elevarentur et spissi et alti fierent inde prosperitatem tue vite eo anno previderes? Ideo quia dominum creatorem tuum dereliquisti et ad idola et ad illa vana te convertisti et apostata effectus es, duos annos per legitimas ferias peniteas. Fecisti ligaturas et incantationes et illas varias fascinationes quas nefarii homines subulci vel bubulci et interdum venatores faciunt dum dicunt diabolica carmina super panem aut super herbas et super quedam nefaria ligamenta et hec in arbore abscondunt aut in bivio aut in trivio proiciunt, ubi aut sua animalia vel canes liberent a peste et a clade et alterius perdant? Si fecisti, per duos annos l. f. peniteas. Interfuisti vel consensisti vanitatibus quas mulieres exercent in suis lanificiis, in suis telis, que cum ordiuntur telas suas sperant se utrumque facere posse cum incantationibus et cum arreptione illarum, ut et fila staminis et ~~subtemen~~ subtemina invicem ita commisceantur, nisi his iterum aliis incantationibus diabolicis contra subveniant, totum pereat? Si interfuisti aut consensisti, xxx dies peniteas. Collegisti herbas medicinales cum aliis incantationibus quam cum symbolo et oratione dominica, id est cum Credo in deum et Pater noster cantando? Si aliter fecisti, x dies peniteas. Venisti ad aliquem locum ad orandum nisi ad ecclesiam vel ad alium locum religiosum quem episcopus tuus vel presbyter tibi ostendit, vel ad fontes vel ad lapides vel ad arbores vel ad bivia, et ibi aut candelam aut faculam pro veneratione loci incendisti aut panem aut aliquam oblationem illuc detulisti aut ibi comedisti aut aliquam salutem corporis

et aut ibi reposuisti? Si fecisti quia contempsisti
tres annos per statas ferias peniteas. Respexisti sortes
de codicibus vel de libris aut in tabulis ut
plures solent, scilicet de psalteriis et de ewangeliis et
de aliis quibuscumque rebus sortem presumunt? Si fe-
cisti x dies peniteas. Credidisti vel unquam par-
ticeps fuisti illius incredulitatis quod aliqua
femina sit que per quedam maleficia et incantationes
mentes hominum permutare possit, id est de odio
in amorem aut de amore in odium, aut bona hominum
fascinationibus suis aut dampnare aut sur-
ripere possit? Si credidisti aut particeps fuisti
i annum per legitimas ferias peniteas. Credidisti quod aliqua
femina sit que hoc facere possit quod quedam a dyabolo
decepte se affirmant necessario et ex precepto
facere debere, id est cum demonum turba in similitu-
dine transformata quam vulgaris stulti-
cia vocat Holde, certis noctibus equitare
debere super quasdam bestias et in eorum con-
sorcio se annumeratam? Si particeps
fuisti illius incredulitatis i annum per legitimas
ferias peniteas. Molestasti patrem vel matrem
vel flagellasti eos vel de aliquo dehone-
stasti eos? Si fecisti xl dies in pane
et aqua peniteas ad vii sequentes annos. Quia
Dominus dixit: qui maledixerit patri vel matri
suo morte moriatur. Tulisti aliquid de
ecclesiastico thesauro? Si fecisti in quadru-
plum restitue aut tres annos per legitimas ferias
peniteas. Vendidisti vel transmisisti vel ve-
didisti aliquem hominem captivum in ultra pa-
rte eum? Si fecisti, reduc eum si potes,
sin autem ii annos per legitimas ferias peniteas. Cre-
masti domum vel aream alterius odii
meditatione? Si fecisti, redde dampnum
et unum annum per legitimas ferias peniteas. Si quis con-
tempserit indicta ieiunia in ecclesia xl
dies peniteas. Solvisti ieiunium de feria aliquando
vespertinum celebratum officium nisi propter
infirmitatem? Si fecisti, pro uno quoque die
iiii dies peniteas. Sunt quam vanos percipi-
unt quod de quadragesima circa sunt ad missam
et audita missarum sollempnitate et vesper-
tinis officiis largitis elemosinis ad ci-
bum accedunt etc. Si autem necessitate astrictus
fuerit ut ad ecclesiam venire non possit
et missam audire, estimata vesperti-
na hora completa oratione ieiunium solvat.
Solvisti indictum ieiunium quatuor temporum

et non custodisti, id est sicut ceteris christianis, xl
dies peniteas. Contempsisti vesperas aliquorum iii an-
nos in pane et aqua peniteas. Ieiunasti diem
dominicam propter abstinentiam et religionem, xx
dies peniteas in pane et aqua. Si non observasti
ieiunium letanie maioris et dies rogationum
et vigiliarum sanctorum, xx dies in pane et
aqua peniteas. Collegisti publice penitentes
manducare et bibere ultra id quod eis de pabulo
sunt, nisi ad pulsatores pro elemosina dedisses?
Si fecisti, xx dies in pane et aqua peniteas.
Explicit. Laus tibi Christe de sola salvatore. Amen.

Hp. 962


iiij iiij
Abavus Abavia
4
4
Patruus Patrua
5
iij iij
Proavus Proavia
3
4
Proavunculus Promatertera
5
4
hores filius et filia
6
Patruus magnus Amita magna
ij ij
Avus ava
2
4
Avunculus magnus Matertera magna
hores filius et filia
3
Prosobrinus Prosobrina
5
2
Patruus Amita
2
1 1
Pater
1
2
Avunculus Matertera
3
3
Prosobrinus Prosobrina
5
hores nepos et neptis
7
hores nepos et neptis
7
4
Pronepos Proneptis
8
hores 4
filius et filia
6
Fratres patrueles et sorores patrueles
Frater
1 2
Soror
2
2
Consobrinus Consobrina
2
hores
filius et filia
hores
4
Pronepos Proneptis
8
1 1
Filius Filia
1
hores 2
filius et filia
3
Consobrini
3
filius filia
5
hores
4
nepos neptis
7
4
nepos neptis
7
filius 2 et filia
3
Fratris filius et filia
5 5
nepos neptis
2
hores 3
nepos et neptis
4
Prosobrini nepos et neptis
6
4
nepos neptis
6
3
Fratris nepos neptis
4
iij iij
Pronepos Proneptis
3
hores
Pronepos Pronepos Proneptis
hores 8
Pronepos Proneptis
5
iiij iiij
Abnepos Abneptis
4

Item notandum pro intellectu de arbore depicte in qua
agitur de linea consanguinitatis vel affinitatis videndum est ergo quid
sit consanguinitas quid linea et quid gradus. Dicendum secundum
Iohannem Andree quod consanguinitas est vinculum personarum
ab uno stipite descendentium carnali propagatione
contractum. Et dicitur consanguinitas a con quod est simul et
sanguinis quasi de communi sanguine. Et consanguinitas
est duplex quia est fornicaria vel non fornicaria legitima.
Et de consanguinitate legittima arbor videtur quia
et non de fornicaria quia de ea posset dari exemplum
tamen in quibus se communicat et tamen tamen in qua non tenet
Ad secundum linea est multiplicatio personarum ab eodem
stipite descendentium secundum aliquem certum gradum. Sed
gradus est habitudo personarum qua cognoscitur
quanta distantia cognationis aliqui persone distant
ab invicem. Secundo notandum quod est linea con-
sanguinitatis que sit per ascensum vel per descensum quedam
collateralis. Linea per ascensum habet quatuor gradus in
primo gradu sunt pater et mater in secundo avus et avia
in tertio proavus et proavia in quarto sunt atavus
et atavia vel abavus et abavia. Sed linea
per descensum etiam habet quatuor gradus in primo sunt
filii et filie in secundo nepotes et neptes in
tertio pronepotes et proneptes in quarto abne-
potes abneptes. In linea collaterali sunt
sunt quatuor in prima sunt fratres et sorores in secundo
sunt filii et filie duorum fratrum vel duarum so-
rorum in tertio sunt filii et filie consobrinorum id
est filii vel filie filiorum fratrum in quarto sunt filii
illorum filiorum. Et dicunt doctores quod hec de-
bent intelligi in linea collaterali quia linea per
ascensum vel descensum consanguinitas multi-
plicatur in infinitum. Notandum tertio si aliquis vult
ducere uxorem ducat eam in quinto gradu ut dicit
Raymundus in textu hoc solum intelligitur de simplicibus
personis tantum rusticis quia nobiles ut sunt
reges principes barones et nobiles qui
sunt consanguinei in tertio vel in quarto gradu [illegible] est
causa reges duces principes sunt pauci [illegible]
res non multi ergo reges vel principes et eorum
filii sunt consanguinei in quarto vel in quinto gradu et hoc propter
pacem fiendam et securitatem eo quod tunc eis
plus et magis pacifici et securi. Item
notandum quod iudei in veteri testamento contrahebant
et forte adhuc contrahunt in secundo vel in tertio gradu
et huius ratio est quia tempore [illegible] et tota ori-
gine mundi modica erat quantitas hominum
ut ergo homines augmentarentur ideo in secundo
vel tertio gradu contrahebant. Sed quia cessat illa
causa [illegible] lege mutatur quia iam mundus satis
augmentatus est ideo in quinto gradu fit contractus
sed si non contrahunt sed sua castitate et
[illegible] abstineant tunc sunt de [illegible]
et magis premium in regno celorum ob-
tinebunt. Sed dicitur si aliqui [illegible]

ut in dicta consanguinitate [illegible] in gradu prohibito
et si postea quantum ad fidem catholicam utrum
tamen etiam sustineat tale matrimonium vel non. Dicendum
quod sic quia baptismus [illegible] sufficit de tali peccato.
Item notandum quod unus dicitur in gradibus superioribus
secundum computationem graduum secundum ius canonicum in
inferioribus non unus secundum computationem secundum leges vel
ius civile sed contra ius canonicum excellit
ius civile ergo unus ius canonicum suo in su-
periori loco et ipse debet scribi cum rubrica vel
scilicet aut cum incausto nigro. Secundo notandum de
quibus de regulis secundum arborem de gra-
dibus quarum prima est quod ascendentium
et descendentium est sicut persone de quibus queritur
computatur inter eos una dempta tot sunt gradus
exemplum a Petro scilicet a patre usque ad eius ab-
avum sunt quinque persone una dempta et
erunt in quarto gradu et de aliis. Verbi gratia de abnepo-
te usque ad abavum sunt novem persone dempta una
erunt octo gradus. Secunda regula collateralium
in linea equali quoto gradu quis eorum distat
a communi stipite toto distant inter se vel sibi at-
tinent secundum ius canonicum exemplum ut Petrus
qui est pater et nepos patrui distant a communi
stipite scilicet ab avo in quarto gradu et sunt in linea
equali sunt et inter se. Sed secundum leges est talis
regula quoto gradu illi in linea equali di-
stant a communi stipite toto duplicato distant inter se.
Tertia regula collateralium in linea in-
equali quoto gradu quis quis remotior di-
stat a communi stipite tot distant inter se secundum
canones exemplum ut Petrus et filius patrui
sunt in linea inequali sed Petrus qui est re-
motior distat a communi stipite in quarto gradu
ergo a filio patrui etiam in quarto gradu
et in descendentibus usque ad lineam equalem licet
non existat aliquis gradus. Sed secundum leges
quot sunt persone de quibus queritur stipite dempto
tot sunt gradus inter se. Unde patet quod Petrus
distat a filio patrui in septimo gradu contra
regulam in linea equali ubi sunt affirmando
et negando ergo et tu sumus consanguinei et
ego possum ducere filiam tuam et tu meam vel
ergo ego non possum ducere filiam tuam ergo
nec tu meam quia filius patrui potest
ducere filiam Petri et non econtra Petrus
potest ducere filiam patrui quia est propinquior
in quarto gradu etc.



Deus iudex iustus cum accepit tempus iusticias iudicabit semper nos remonet senescentes quos ad mandatum dilecti domini mei Thome Wratislaviensis episcopi ius theutunicum competenter sufficienter de latino quo clarius enucleare secus iustos de meo sensu protegat iniustos pena debita puniens quod si ius vniuersaliter tenet et consuetudines comprehendit plene et non obscuris causas et sentencias explanare latitat simplicitate mee non imputet ruditati si cum sentenciis scabinorum colores rethoricos de facere auferre ad rethorice contingeret oportet deus sensus premutari et eorum vim sive debitum non sortiri. Nobilis de Repchow quod si quis unquam perfecte de causis aut sentenciis de libro puto reperiri contingat providencia viam et scabinorum legalium supplicat et exquirat. Ideo cum hic ius saxonum devenisse vel statuisse se videat sperando concordans imperatoribus Constantino et Karolo editum et statutum. Sed etiam mee sit intencionis sentenciam vnicam tamen nil addendo nil minuendo exponere non minuere. Lector si summas tractatuum optimas de ipsis non inveniet ordinatas, non fuerat voluntas auctoris ipsas tractare, sed pocius de stricturis locorum plurimis annotare evidens per quod solam summam de causis multis sine debito terminandis locum obtinere. Et quia auctor incoratus solum iuri theutonico de impugnacione de ordine scribendi distinguendi et summas perscribendi iuris canonici et civilis modus percepit precepit meorum nova mente quod eius vestigia in quibus saxonum ius theutunicum secundum vetus et consuetudinem saxonum comparatis studia apicibus emendare.

Sinea igitur consanguinitatis voluit idem auctor de principio huius operis secundum personas per quam ad dimisiones mortuariorum de hereditatibus et rebus mobilibus et etiam de rebus satisfactionibus pro occisis parentibus facilius patebit accessus.

In primo genealogie vir et mulier legitime copulati locum obtinent capitis filii et filie usque ad medium colli et hii omnes gradum non faciunt sed personas de linea quarum sunt filii aut et filie germanorum filiorum. Hii faciunt gradum et est gradus supra-scapularis annotatur. Filii nepotes et eorum filie secundum gradum faciunt qui de albitis collocantur. Tercium vero gradum faciunt eorum primi qui de iunctura manus fiant. Gradus autem quartus de summis compaginibus digitorum et sic procedit computacio. Quintus quidem de iunctura secunda, Sextus vero de iunctura tercia, Septimus et ultimus de summe digitorum et unguium et hii soli vocantur parentes et in eo cessat cognacio quia articulus non est sed unguis.

Si duo fratres germani duxerint duas sorores carnales vel tercius aut quintus duxerit parentes extraneas prior eorum de consanguinitate gradu et equipolentiam optinet de dimissione mortuariorum mobilium et immobilium de morte parentum et cognatorum et satisfactionibus occisorum. Quemque aut potest se offendere cognatum de unguine et caput parentum accipiat de mortuariis super dictis. Vicinior primo et maiorem et aliis per vinculum gradus suorum usque ad septimum. Et licet dux propter quattuor licenciam dederit de quinto gradu invicem contrahendi hoc iuri saxonum et feodali de non potest denegare.

In feodo eciam et hereditate filius fatuus vanus aut contractus non est successionis sed qui proximi eorum fuerint succedere et de baillare eiusmodi ponant et conservant. Et qui eciam nati fuerint muti aut ceci aut sine manibus et pedibus succedere possunt de hereditate mea sunt et non feodali. Si autem ante huiusmodi debilitaciones feodo fuerint investiti ipsum eis non aufertur. Idem est eciam sunt de leproso etc.

c porcionem filius tempore patris pavid.
Condicionis conata si genuit filios
pre premoriat uxori ab hereditate
patris tunc segregatus, quamvis filii post
mortem avi equam porcionem accipiat
cum patruis de hereditate avi et avie
et avie sui patris et omnibus una et
quod patris filiis non contingunt:

Filia domi residens innupta
matris suppellectilia domus
utensilia non dividat cum sorore
aliena maritata et aptatis seg-
regata hereditate aut dividat //
Mulier stipendiata post honores
possessionis ius vel hereditate:

n. Impositis sacris et clerici
eciam non incapax parit dis-
quentibus appetebit sibi ipse, hic igitur
et in equam porcionem accipiet cum
sorore de suppellectili matris et equam
porcionem cum fratribus de feodo et hereditate
sed in feodo non:

n. Nullus autem clericus non putatur
nisi post litteris et ordinatus et
clericali karactere designatus per
quam ad quos mortuarium sunt de-
volutum:

Femina soluta clerico quibus soror
equam porcionem recipit in
eodem tam de suppellectili matris
quam de hereditate:

In morte clerici nemo per cogna-
cionem recipit suppellectile
quam quisque relinquit in morte
hereditas reputatur:

Nupta soror post mortem matris
non dividit suppellectilem cum sorore clericoque
capellam possidens a presbitero ex-
tunc remanet in mortibus uxorum here-
ditas reputatur. Unusquisque vero cum suc-
cessit debita solvere tenebitur de
quibus hereditas extenditur a rebus mobi-
libus et non ultra furtum a spoliacione
et ludo perdita solvere non tenetur nec
carta [illegible] in de [illegible] recompensacionem
accipit a fideiussore extitit ista
tenetur promissione exsolvere si feodum

ius ubi sunt probata per eorum duos
viros dignos officio scabinorum aut
dignitarios legitime natos alioquin
actor cessat actum et iudicium aut reo
cedat non ex testibus edoceri si velit
actor testibus repugnare et reo imponet
quod de debito concedit tam legem
tamquam cum feodale quod oportet
bit reum vel exsolvere vel negare et
plures contrarias partes purgare debi-
torem heredi persolvat quod mortuus
tenebatur. Primus debitor quia debat
tenetur recognoscere vel negare. Cui de-
bitum competit a quo promittit solvere
tenetur et qui fecit quia ratum. Si a parte
negare voluit suo pacto sed cum ad
nisi sunt coram iudicio celebratum. Ex
quo autem de iudicio fuerit actor con-
vincit sibi per duobus testibus et iudicio.
r Propterea et ipsum appellatur
qui anno recepit de feodo vel
hereditate sed per successionem evolvit
ad heredes
v Ubi quis quibus hereditatem ipse dat vel con-
pignoravit vel vendit atque de fugi-
tivo proscriptos a vita et membris pro-
nunciat de ponens quia coram iudicio reus
abrenunciavit vel abiudicatus fuerit
cui bit in iudicio quia pacto suo per
testium talium qui sunt in villa debent con-
probare testibus ipsius conveniens loco scabinorum
duorum si fuerit necesse de causa
ad quibus testibus et comprobanda satisfac-
tum et solucio durat in pena co-
dicem possessor clarius fuit de convencione.
c Inpositis autem et vendicione al-
renunciacio coram iudicio facta cum
iudice et testibus duobus probavit qui
non cui talia facta fuerint post iudicio
reo probabit suo et per testium
c tam coram iudice ipse promittit
alter repugnat et ideo fiunt ergo et
accidit vel res alias et moriatur
emptor et pignus fuit de vestitura

investiri debet quos loco patris dominus spoliat si quid est spoliatum et ita fiat de omni re mobili. Cum feudum vendit alteri et resignare promittit coram domino ipse quod potest impetrare et emptor totum persolvere aut partem et ipse resignare recedit venditor tenetur pro precio feodali coram ipso domino resignare sive sit pacis conditionis sive non et si non est quod feudum dominus resignare tenetur concedi quecumque dominus precium sit solutum vel quod dabitur sunt in integrum refundatur. Item facit dum feudi precio vel obsequio si quis ab eo impetravit. Quia sive feudum conferat et liberis facit si emptor ipse in vestituram decedit. Cum [illegible] promittit alteri investituram feudi a domino obtinere et quod facit si dimittet emptor coram testibus quod petendo veniet a domino investiri et iste non veniet absque legali impedimento mortuus dominus sive voluntate ipsius mutata ita ut non possit obtinere ut sive venditor alteri termino loci assignati solutus ad resignandum tenetur si emptor a domino impetrare potest investiri.

Qui aliquem de possessione committit ipse resignare et in necessitate conventionis [illegible] ambo a possessione eiciuntur. Sive venditor restituere tenetur precium quod in pactis contractu recepit. Si venditor moratur emptori ipsius ad resignandum non tenetur emptori nisi quod premiserit vel fideiussores posuerit.

Item si filius dicit vestitus vel arma vel equos de hereditate et ipse eis uti potest et ipse pater post dare mortuo patre restituere non tenetur fratribus nec domino patris nec creditoribus ipsius si pater non sunt in dimissis. Sed postquam mortem [illegible] pupillus recipiet in tutelam de separatione ipsorum eis restituet omnia nisi [illegible] culpa ipsius fuerit innovata.

Item facit ius pueri masculi et tutor quilibet respondere ubi feudo vel aliis que res quas [illegible] augentur utilitas est quis et dampnum [illegible] si decreverit dotem [illegible] ad uxorem recepta nemo [illegible] tenetur [illegible].

Ius vel consuetudo pluribus [illegible] a possessione [illegible] fiat [illegible] solvet [illegible] ipse solus et non feudum [illegible] et [illegible] filius aut filia data [illegible] separata [illegible] si postquam mortem patris [illegible] hereditate [illegible] et soror maritata [illegible] fratribus et sororibus non [illegible] percipiunt portionem [illegible] quem de parte [illegible] quod recipiunt in separatione dumtaxat supellectili [illegible] potest ab eis recepta [illegible] requirere non valebunt [illegible] aut portionem hereditatis [illegible] coram iudice pacis [illegible] quod [illegible] quia [illegible] deferri.

Item sit ius feodum non pluribus [illegible] quia ius quod non est [illegible] filius solus obtineat et fratribus [illegible] respectu [illegible].

Item [illegible] quod non est si pater filium [illegible] a se separat statu [illegible] feodi resignando quod ita filius post mortem patris [illegible] feodi [illegible] portionem de feodo [illegible] obtineat [illegible] sit ius feodale et si [illegible] quietam [illegible] de iure quod [illegible] ad opera [illegible]

Item res mobiles quas alicui commi-
serit vel apposuit vel custodia
das tradidit cum dissimulacione vel
absque ea et ille factum negare
voluit vel quos ipsius per ipsius vi
cinior est actor ad probandum per duos
testes secum quam ille negare
pro solo pacta^to^. possessor aut
si potest testimonio probare rem singu-
lari de iure pertinere vel ex hereditate
vel licitum venit defensore dum
premit actorem nisi in suo pacta^r^.
defectus Tractatus igitur quis in iudi
cium sit ut quam non est proparacio
se excuset eiusdem at apud ip
se petitis ordinem. Primo iure qui
se defendit et non pacto:
Nemo potest ex iure veritatis aliud
quam eius in natura sit at in iudi-
cio ius spoliat ex iure aliud usur-
pando in sua probacione defecerit in-
sta sua cadebit vero excepto suo
mancipio quod ius liberorum obtinent
v ubi puer sunt // in colare
liber et legitimus ibi obti-
nebit ius suum
p At et vero si fuerint mini-
sterialis puer obtinebit ius
in natus filius si moritur absque
herede si succedit in hereditate
eum si non superest vero vicinior est
qua fratres ad hereditatem heredita-
te patris et matris fratres et sorores acci-
pit filius et non filia / Hereditas
vero accendit hereditas per obitum fratris
et sororis illis omnibus accedent
equaliter eum vel quod sit parentes unde
ad lineam consanguinitatis pertinent qui et hii
sunt dicti heredes vocantur apud saxones
Tamen primi fratres et sorores germani
recipiunt apparatum et mater fratribus
et sororibus quod amissum non redit
duo primi conditionis paris ad eum eiusque
non est paris condicionis vivi in succedet
non potest in hereditate in eius dominum cum hereditate
ditate inutilem non premit succedere

quam milites in sua grata. hereditate
ta patri premit milites
Saxones et se ius obtinuerunt quod
karoli voluntate scilicet ius obvenerat
obediendo milites [illegible] eius quo fecit
non coram iudicio quibus eius sunt quod licet vel
notorium se ipsius contulit facto et non potest
conventum quibus omnis ipsa sua in bulla
sunt coram imperatore in saxonia saxo
potest quod reprobare defensus maius sue
dextere et militi maiori et si probare
interceptus quod alios scripte victores sunt
confirmabit plures et qui tenuerunt se
ponens omnia iura sua antiqua legi
et fidei non derogant plane:
Quicumque accepit arma bellica et
succedit in hereditate et vult scepti-
tum in linea consanguinitatis qua alios
potest defendere ex ordine in cognacione
deputare gladii pertinere et qua diu potest
se aliquem antecessorem ex antecessore sibi
eum eiusdem recepisse arma bellica ad
venire hii reprobant ius suum // cognatio
et in suo districtu pervenire et hoc
et quod descripsit sermone qua nominari oportet
et maiori militi et ad locum magis
celebrandum in iudiciis celebrando sue
pervenerat non discrepat a saxonico nisi
in successione hereditatis et suis celebr-
m Natus ex stirpe militari // dicitur
qui duxerit uxorem manc am
ingressam potest uxori quod et non alia
potest quod eius [illegible] iudice conferre
Servum et ancilla in sua districtum
Quos scripta vel scriptos dispositione
lingua data ex pestria in quibus non laborat
ulter at in sua per ebdomadas
potest tempus in maritale obitum sue subiugatur
in quo cum dispensatione sunt primus non est potest ipsa eo
spacia tamen deponat quod fundum non velit
lat vel laedat si at probavit hereditatem eius
spacia reducat secundum estimatorem vicini
et in volunt et licebit eorum et eorum
facere domicilium quo deducto oportebit ipsum
fundum potest antea sunt complanare si
renascit ubi eum plus vel minus hereditas
tempore priori vel magis ad item plures augere
eum et placuerit separare in terminos recipiant

omnia que in morte viri invenit sibi debeat recte.

Vidua remanet cum // possessione prolibus suis de bonis ipsorum in quibus non est segregata, et filius ducat uxorem tempore mariti, et postea moriatur relicta, filii maiora iure obtinebit dotam vel et pretium in porcione paraphernalium et parte suppellectilis in bonis viri quamdiu vivit, potest sic possessor vel non irrita et quieta permanere valeat de eisdem bonis.

De bonis mariti filius moriatur vivacior cum uxore coniugis testimonio obtinet bona quam filii relicte, dotam obtinebit vidua ipso facto possessionem cum testibus.

Eo casu recepta porcione quam mater obtinebit supellectilem mariti si moriatur eam vivente, mater est possessor de possessione filii et eius.

Si vir fuit de stirpe militali nil pertinet uxoribus de dota consuetudine preter quam meliorem equum et aliqua capestra que possidet. Dota preter mater ipso facto obtinebit, licet omnibus conferunt ipsam uxorem suam ad provisionem vite cum consilio heredum quamdiu cum eis fuerit inveniens condicto in eodem districtu de quo dicta ipsum continetur secundum terram in pretium bannum regium.

Vite provisionem nemo potest constringere: vidue nec amicorum heredes nec aliquis alii post mortem dicta bona pertinet opponere, nisi ipsa demoretur per precisionem arborum fructiferarum aut per dissipacionem incolarum territorii de natorum, vel si quo dicta bona deperierit possidere, et nisi eradicet, terrigat contra legittimum terminum citatus super hoc fuit quieta si potest pia compromissione pronunciari.

Si iusto iudicio viri propter ea abiret, ipsa tamen retinet vite sue provisionem quam sibi prius fecerat de suo proprio.

Et quod dicti cogitaret vidue contra terminum die defuncti adeo quod remaneat ne aliquod quod ad ipsum pertinet perdatur, et ipsa de consilio eius propinquorum et termino procurabit, ipse non nil dampnum habebit, precipue ad terminum secundum cuius

et expensis aut de servicia quam dominus posuit familie pocius deservitur usque ad mortem domestici, eo casu debetur de expensis procurari usque ad terminum ut intenti valeat sicut prius.

Si autem heredes ipsos voluit retinere, pertinet ad eosdem qui tenent et non recipiet a mortuo pretaxatum.

Si familia precium plus iusto recipit, restituere non cogetur. Si precium anni vel dimidii familie negetur, ipsa suo facto quod promeruerit obtinebit de domino contra quod servivit dominum moriente de contra vel heredes eius. Dominus tenearius si moriatur, aliqua persona sibi commissum deperierit, quod deservivit de suo herede et non plus.

Post terminum oportebit relictam cum heredibus dividere paraphernalia et cetera victualia cibaria que remanent in curia viri et de aliis locis possessionis defuncti.

